





172  
5  
1721, 4

IMPERATORIS  
FL. JUSTINIANI  
TEXTUS  
INSTITUTIONUM  
JURIS  
CONTENTA,  
IN TABULIS  
DELINEATA:

ad Docendam respiciendam & repetendam  
JURIS Materiam accommodata  
& in paucis paginis  
*recensita;*

Adeò ut Jus Novissimum potissimum exhibeant,  
aboleti Juris tamen Declarationis necessariæ causa quoque mentio-  
nem faciant.

Quarum *Institutionum* seriem ita contraxit.

DANIEL KOLSHORN, J. U. D.  
& Prof. E.



FRANCOFURTI ad VIADRUM, apud JOH. GODOFR. CONRADI, 1721.

IMPERIALIS  
ET JUSTITIANI  
TEXTUS  
INSTITUTIONUM

IN TABULIS  
CONVENTUS  
REPERIUNTUR

DANIELI THOMASIO



PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO  
DOMINO  
DOMINO JOHANNI  
HENRICO de FUCHS  
HEREDITARIO DOMINO  
*IN WUSTERMARCK,*  
POTENTISSIMI REGIS PRUSSIAE  
PRÆSIDI CAMERÆ EXCELLENTIS-  
SIMO atque EXOPTATISSIMO  
CONSILIARIO INTIMO GRAVISSIMO &c. &c,  
DOMINO & FAUTORI SUO INDUL-  
GENTISSIMO,

VIR PERILLUSTRIS atque EXCEL-  
LENTISSIME

FAUTOR INDULGENTISSIME



Integrum SUUM CUIQUE, DEUM decem E-  
nunciacionibus brevislimis absolvisse atque per  
Decalogum promulgasse, cum profunda admi-  
ratione homines ex *Exodi Cap. 20.* respicere  
necessum habent. Eorum præceptorum quo-  
tidianæ recordationis causa DEUS notanter  
ordinaverat; ut à se electi populi sibi facerent phy-  
lacteria in angulis vestimentorum & quatuor oris ope-  
rimenti sui, ut simbrias producerent in palliis, imo in  
manibus suis ut signum ligarent, domibus portisque ea inscriberent. (\*)

Præcepta Civilia & Ceremonialia vero DEUS adeo succincte non  
exhibuit, sed ex *II. Libr. Moysi* usque ad finem *Vtri ea extensa esse respicimus.*

Gentes græcæ tamen brevitati Legum Civilium incumbentes,  
Leges ad cultum divinum & in utilitatem humanam vergentes  
*Decem Tabulis* comprehensas esse legimus, quas cum *Romani ex Græcorum*  
bene-

(\*) *Vid. NUMERI Cap. XV. v. 38. DEUTER. Cap. VI. v. 8. & Cap. XXII. v. 12.* ) (

benevolentia obtinuissent, Romanorum augmentatione ornatae & duae noviores superadditae sunt, hodieque *Fragmenta LL. XII. Tabb.* nobis supersunt.

Postquam vero Romanorum Imperatorum aliorumque eminentissimorum virorum industria, Opus perfectissimum mediante CORPORE JURIS ejusque partibus prodit, Compendia pro Suspendiis habentur. Ast cum multi JCTi ad Originis Juris aetatem relapsi sunt; quem in finem *Job. Th. Freigius, PANDECTARUM* seriem, mediante sex partium divisione, sc. *Personarum, Rerum, Obligationum, Actionum, Judiciorum & Privilegiorum*, exhibuit. B. à. *Schulekky* hic loci vero *Institutiones 6. Tabulis* vel paginis delineavit. Alii alia ratione operam navarunt, quo studiosos ad *Jura* addiscenda invitarent, quod & ipsa aetas nostra svaedet; siquidem absque ordine Juris in venti retento, idem de hominibus hodieq; dicendum veniret, quod Historici & JCTi tradunt: quod scilicet post diluvium Secula antiquiora terra hominum dominatum quidam fuerit domicilium, hominibus veris tamen caruerit & meras fere bestias produxerit. Eo major vero in homine prudentia Juris divini & humani se exerit, eo proximior ad Imaginem divinam mediante tali prudentiae iterum accessisse, dicendum est.

Non indignaberis VIR EXCELLENTISSIME, PRÆSES JUSTITIÆ BRANDENBURGICO BORUSSICÆ EXOPTATISSIMÆ, quod ad TE ceu *Capressum & Cedram* ac TABULAM JUSTITIÆ VIVAM (quippe sub Cujus Praesidio Juris Brandenburgici progressus notanter emanarunt) (\*) has Tabulas Juris ceu ad Centrum Universi dirigam TIBIque dicem ac mediante hujus Minoris centri dedicatione ad Majus, hac Tabellas sacras & honoratiores efficiam, simul vero per haec devotum meum erga TE animum testatum faciam. Devote Praesidium Tuum Juris gravissimum ipsi Advocati Postulantes colunt, idque admirando quasi obstupescunt, dum quotidie sentiant, Te

---

(\*) Mihi videtur ideo non sine Fato in Doctoratum Vestrae Excellentiae Thema Orationis inauguralis à B. L. B. de Coccejo electum esse, De Progressu Juris Europaei, ab ultima hominum feritate usque ad eam, qua unice ab orbe condito edita est Jurisprudentiam. Siquidem Progressus Juris speciales ex Praesidio V. E. collato, in Terris Brandenburgicis notorii sunt.

TE non tantum Juris nodum in continenti solvere, sed & errorum, si quos contra Acta proferunt, Te eos statim convincere posse. In singulis quatuor CAMERÆ JUSTITIÆ oris & angulis Tui Cordis extant phylacteria & producis innumeras ad normam à DEO & REGE Tibi præscriptarum Regularum fimbrias Juris prudentiæ, Per Sententias tuas optimas ligas delicta, domus portusque Regionis Brandenburgicæ ut Tempia sacra facis, Profundi Juris Maris DIRECTOREM gravissimum & PRÆSIDEM JUSTITIÆ TABULAMQUE JURIS VIVAM EXOPTATISSIMAM TE exhibes, ita ut! ad Anchora juris confugientes exoptaturi sint, ut per multa Secula hoc Præsidio gaudere & ex hac Tabula juris oracula percipere possent.

Ipfemet ego mediante hac adscriptione publice confessor ac cum omnibus bonis idem votum voveo, DEUMque veneror, ut sanctos & indefessos Præsidii Tui labores benedictionis suæ rore perfundat! gravissimum officiorum locum & onus dum sustines, TE adjumento & solatio suo sublevet, omnesque conatus in Reipublicæ Brandenburgicæ emolumentum porro clementer dirigere & partam inde gloriam novo splendore in dies augere pergat! Ac cum hætenus singularem Tuam erga me *Benevolentiam* cognoverim, qua & inspecie meas lucubrationes cum laudibus excipere consueverit; hinc dubium superesse non potuit, quin hæcæ lineas & Dedicacionem benevola fronte & faventissimis oculis aspecturus sis; Ex meæ Tenuitatis parte omnem operam navabo, ut ad cineres usque hoc Titulo fruatur, quo semper existam!

EXCELLENTISSIMI & PERILLUSTRIS TUI  
NOMINIS.

*Scribendam Francofurti ad Oderam,  
d. 5. Sept. 1721.*

Devotissimus Cultor.

DAN. KOLSHORN.





## BENEVOLE LECTOR.



*Hæc B. L. viginti novem paginis commissas Tabulas, Textum Institutionum Imperialium absolventes, Tibi noviter exhibeo. Quonquam enim benevolis Lectoribus & nostrorum Laborum propugnatoribus momus ex altera parte se junxerit, Tamen Gentilibus jam fuit notorium; Quod nec JUPITER omnibus pluere possit; Nam sive pluat, sive serenum inducat, tamen tempestatu invidentes semper reperiuntur.*

*Antiquitas de Homero jam notavit, quod ejus mortui Natales & suam gloriam sibi à rogo vindicaverint Græci, quem vivum tamen ne civis quidem loco recipere voluerint.*

*Talia non tantum contigerunt Scriptoribus rerum profanarum, sed & ad Scripturæ sacræ optimorum Interpretum laborem, momus diabolicus proximior accessit; hinc Afflictiones B. Arndtio illatæ, eruditæ notoriæ sunt, cujus Cineres tamen merito omnes veri Christiani colunt. Si itaque talia contigerint Eruditorum Cupressis, quare licet tales afflictionibus nimis contristabunt?*

*Poëta quoque ante multa secula jam dixit:  
Inveniat quod quisque velit, non omnibus unum est,  
Quod placet, hic spinas colligit, ille Rosas.*

*& in alio loco scripsit:*

) (

Si

Si bonus interpretis nunquam mala verba nocebunt.

Si malus interpretis nunquam bona verba juvabunt.

*Singulis illicitis offensionibus & invidiis hodiernis Scriptorum aggressoribus generaliter satisfecit das Gespräche in Reich der Todten die 30. Entrevue, in proœm. Ejusdemque Author in variis locis.*

*Aliorum vero encomia & laudes, quibus Authores der Unschuldigen Nachrichten mea scripta mactarunt, itemque quod Lipsiensium Catalogi absque ullo præcedenti Mandato spem futurorum meorum speciminum Republicæ Litterariæ facere voluerint, omni gratiarum Actione & observantiæ cultu, talia ad compensanda, operam navabo.*

*Tibi vero B. L. nec hicce labor displicebit; Siquidem Magnus Imperator Justinianus olim jam gloriatus est in §. 3. Proœm. instit. quod Institutiones ceu schema juris absolverit, quare hæc Tabulæ breviores displicebunt? cum integræ juris Materie recordatio ex iis patere atque earum Tabularum occasione, perlegendo vel Docendo, in Lectionibus reliqua superaddi poterunt; Imo Repetitionis Juris incitamentum has Tabulas dare posse, nemo erit qui manifesta negabit: Hinc ut benevolo animo has paginas accipias. Ex marginalibus v. tam contenta, quam allegatarum Institutionum Librum & Titulum cognoscas: Litterarum errata autem, cum pag. 1. pr. circa fin. pro senie legere debeas ferie &c. &c. aliaque ut ipse corrigas rogat petitque*

AUTHOR.

R. C. D.

## JURIS PRUDENTIÆ

JURIS PRUDENTIÆ HISTORIA & quod **JUS ROMANUM** etiam in Germania ut jus scriptum imperii valeat; de ea quaestione satis dictum in nostro System. Theor. Pr. Univ. in Praefam. & in Lib. I. T. 2. de Orig. Jus.

JURIS PRUDENTIÆ Definitio vero ita sonat: quod sc. sit *Institutio- num L. I. T. 1. §. 2.*

*divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque injusti scientia.*

Ejus

Objectum & est jus, quod habent **PERSONÆ, IN RES, PER ACTI-**

JURIS PRUDENTIÆ, de finitio, objectum, finis & Præcepta

**JONES I.** Ejus *L. I. T. 1. pr.*

Finis est justitia, quæ describitur: quod sit constans ac perpetua solun- *Lib. I. T. 1. §. 3.*

tas, jus suum cuique tribuendi. ejus

Præcepta generalissima sunt: **HONESTE VIVERE, NEMINEM LÆ-**

**DERE, SUUM CUIQUE TRIBUERE**

JUS & LEX quid sit?

**JUS** quod **LEGE** comprehenditur, est Norma ac Regula à Superiore

prescripta, obligans subiectos, ut secundum eam, vitam & Actiones suas

instituant ac dirigant.

Sequitur **JURIS DIVISIO.** Jus enim est vel *L. I. T. 2. pr.*

**NATURALE**, quod Natura omnia animalia docuit (a) *L. I. T. 2. §. 1.*

**GENTIUM**, (secundariam sc.) quod gentes ex necessitate & utilitate inter *L. I. T. 2. §. 1.*

se introduxerunt. (b) vel *L. I. T. 2. §. 1. & 2.*

**CIVILE**, Quod qualibet societas civilis sibi ipsi (vel in statu subiecto, eorū *L. I. T. 2. §. 1. & 2.*

Princeps iis) constituit idque vel est *§. 3.*

**SCRIPTUM** seu quod expressa Legislatoris voluntate san-

ctum. cuius 6. species ex jure Rom. vid. in juss. Lib. *§. 4. 5. 6. 7.*

1. T. 2. §. 3. Quarta species seu Principum Placita, *§. 8. 7.*

iterum dividuntur, in Edictum, Rescriptum & Decretum. *§. 9.*

**NON SCRIPTUM** seu **CONSUETUDO**, quæ tacito Le-

gislatoris consensu introducitur, tria (vel ut plurimi D D. *§. 9.*

existant) quatuor requisita habet. (c)

**Privatum**, quod ad singulorum privatorum utilitatem in

specie pertinet, **Publicum**, Quod directo ad statum publi-

cum spectat; continet autem nostrum jus Publicum

Romano Germanicum, congeriem LL. ac conventi-

onum, directo & Principaliter ad statum Republicæ,

ejusq; gubernationem & conservationem spectantium.

Juris Publici Romano Germanici fundamentum potissimum de-

sumendum est ex **AUREA BULLA**; quippe quæ continet con-

ventiones imperatoris cum Electoribus, quatenus imperii Romani Dire-

ctorum electio imperatori conferendum suscipiendum & susceptum confer-

endum sit? (d) De **JURIS CANONICI** & **JURIS FEUDALIS**

authoritate & sentie, vid. dict. nostr. Syst. in Praefam. n. 14. 17. seqq.

JURIS DIVISIO.

(a) vid. horum verborum Explicationem in nostro Syst. Lib. I. T. 1. n. 22. & de ejus mutatione in hypothesi, vid. d. T. 1. n. 24.

(b) dict. Syst. d. T. 1. n. 29.

(c) d. System. Lib. I. T. 3. n. 17.

(d) vid. IDEAM JURIS PUBLICI nostro System. ad fin. adjectam.

Tab. 2.

PERSONARUM DISTINCTIO juris Divisionem sequitur.

Persona in jure sunt vel Liberi

Jus Civile vero personas in statu Civili considerat, ut sint vel LIBERI, seu qui secundum facultatem à Natura inditam facere possunt quod lubet, donec alius, qui prohibere recte potest, prohibeat aliquid agi vel omitti. Quos homines in libertate natos, jus vocat ingenuos. Ad quem statum quoque sufficiebat, matrem nati, vel tempore conceptionis vel gestionis vel partus semel liberam fuisse.

Lib. 1. T. 3. §. 1. L. 1. T. 4.

Libertini

LIBERTINI v. sunt qui ex iusta servitute manumissi. quæ Manumisso variis modis fieri poterat, scilicet, (1.) per Testamentum (2.) coram Ecclesia, (3.) inter amicos (4.) per Epistolam (5.) Viudicta (6.) si dominus apud Acta servum, suum filium nominaverit. In fraudem Creditorum tamen manumissio non valet, sed per L. *Ælie Sentie* constitutionem, hæc erat, prohibita. In Testamento tamen nec hæc fraus concurrens libertati concessa obstabat. Libertini per se tamen non omnes fiebant *cives Romani*, sed distinguebantur in *Latinos & dedititios*, hanc quoque differentiam tamen sustulit *Justinianus*.

Lib. 1. T. 5. Lib. 1. T. 6. Lib. 1. T. 4. §. 1.

SERVI per constitutionem civilem sunt & fiunt, qui in iusto belli capti, quo vita eorum parcatur, Ne tamen ulterius nocere possint, in servitutem detrudebantur. & definitur

Servi

*Servitus*: Quod sit constitutio Juris Gentium, quo quis Domino alieno contra Naturam subijcitur. Eaque subiectio fit variis modis:

L. T. 3. §. 2.

- (1) *Per Captivitatem* quæ scilicet in bello iusto (non in seditione) contingit. §. 3.
- (2) *Per Nativitatem*, si à parentibus servis vel matre ancilla tantum quis natus sit. §. 4.
- (3) *Per Jus Civile*, in quo permittitur, ut major 20. annis sui venditionem, pretii participandi causa appetens, ea facta, in servitutem detruderetur. Hodieque libera persona volens se alterius glebæ adscribere potest. Servis tamen consulebat *Tit. 8. §. 2.* si dominus eorum nimis seviebat.
- (4) *Pena Causa*, Servus in libertate data, erga dominum ingratus factus, ab ipso Patrono in servitutem revocari poterat. Nec ultra numerum manumittere licebat, quæ prohibitio ceu causa invida cum ea *L. Fufia Caninia* sublata.

Lib. 1. T. 7.

de Rusticis modernis

Rustici nostri hodierni, glebæ quoque adscripti, ratione agris, quem à Domino possident, ad servitia conventa vel secundum mores obligati sunt, de reliquo liberis hominibus æquales sunt: variant tamen jura in subditos & homines proprios, in qualibet fere provincia, & homines proprii dicti, durioris conditionis sunt, quam alii rustici.

Qui vero pro mercede operas suas locant, manent liberi, & opere perfecto seu tempore lapsa, pro lubitu abeunt, ac ulteriora servitia denegare possunt.

Præter potestatem *dominam à LL. civilibus datam, jus civile* Tab. 3.  
potestatem à *Natura* competentem in *nostros liberos*, exornavit,  
quæ vocatur:

De Patria potestate. **POTESTAS PATRIA**, *Quæ est jus patri* (non adeo matri) *Lib. I. T. 9.*  
*competens, liberis imperandi, in communem familia utilitatem.*  
Hæc potestas non in spurios, sed in liberos ex *justis Nup-*  
*ptiis* procreatos, modo com petit: Hinc

De Nuptiis causa prima patriæ potestatis. **PATER** in jure saltem ille dicitur, quem *justa Nuptia demonstrant.*  
**NUPTIÆ** vero definiuntur ex jure Gentium, *Quod sint Viri Lib. I. T. 9.*  
*ac mulieris legitima Conjunctio, in ædificam vite consuetudinem continens.*  
Ex quo Nuptiarum vinculo, datur marito jus in uxorem  
& uxori erga maritum. *I. Ep. ad Cor. 7.* Maritus tamen Societatis  
conjugalis dominus eminentis est.

Sponsalia quia & quæ multiplicia? **SPONSALIA** *Quæ sunt Mentio & Repromissio futurarum Nup-*  
*tiarum.* Distinguuntur in  
*Publica, quæ vel coram Testibus vel cum consensu eorum, in quorum L. I. T. 10.*  
potestate desponsandi sunt, celebrata fuerunt.  
*Privata, quæ vel sine testibus vel sine consensu eorum, quorum de*  
jure necessarius erat, inita fuerunt.

quis justas Nuptias contrahat? Ad Nuptias, Sponsalia subsequentes, quoq; requiritur (1) *justa L. I. T. 10.*  
*etas. ita ut Mæculas 14. fæmina 12. annis major sit. (2) Ne in*  
*gradu Consanguinitatis vel Affinitatis prohibito* conjungendi invicem  
*juncti sint. Hinc ad quartum usq; gradum Computationis civi-*  
*lis, Nuptiæ prohibite sunt. (a)*

Solutio Nuptiarum & sponsaliorum, quando fieri? **SOLUTIO** Nuptiarum fieri nequit, nisi per *Mortem* unius  
aut ex causis gravissimis v. g. *propter maliciosam desertionem*, in  
quem finem processus Desertionis antecedit & sententia subse-  
quitur. Sponsaliorum solutio tamen ex variis Causis permittitur. (b.)

Causa II. patriæ pot. est Legitimat. **LEGITIMATIO** ceu secunda Causa patriæ potestatis, est *modus*  
*juris civilis, quo liberi illegitime nati (Consentientes) fiunt legitimi.*  
Eaque fit (1) per subsequens *Matrimonium* (2) per *Rescriptum Principis*  
(3) per *oblationem curiæ* (c.)

Causa III. est Adoptio. & arrogatio. **ADOPTIO** quoque *modus juris civilis est, quo quis eum, quem in pote-*  
*state non habet, assumit in potestatem, ac si in ea natus esset. Quæ*  
dividitur in *Arrogationem*, quando *authoritate Principis* persona lui  
juris seu paterf. in filium recipitur. & *Adoptionem in specie*, Quan-  
do *Filiusfamilias auctoritate magistratus* in potestatem assumitur.

Solutio patriæ potestatis. **SOLVITUR PATRIA POTESTAS**, morte naturali & civili, *L. I. T. 12.*  
Dignitate eminentiori, per Nuptias filia, per Emamipationem  
&c.

(a) vid Syft. T. de Ritu Nupt. n. 20. sub. lit. o. not (b) Causas à sponsalibus recedendi vid. Syft. T. Sponsal. n. 29. seqq. (c) vid. d. Syft. T. de his qui sui vel al. jur. à n. 4. usque ad n. 15.

- Tab. 4. Ad normam patris potestatis, patribus, mortuis, occurrit in Tit. seqq. Potestas *Tutelar*is & *Curatelar*is hinc
- De Tutelis & TUTELA definitur: Quod sit & potestas in Capite libero, ad tu- L. I. T. 13.  
quidem (1) de endum eum, qui per aetatem se defendere nequit, jure civili data ac  
permissa.
- Testamentaria Permittit quoque jus civile, ut pater ipse Tutorem denominet in suo L. I. T. 14.  
TESTAMEN IO; Qui a patre in eo constitutus, (ex praesump-  
tione quod pater liberis optime consuluerit) aliis Legitimis quoq;  
praerendus est. Deficiente tutela Testamentaria vero succedit.
2. de Tut. Le. LEGITIMA tutela, quae scilicet per legem, proximum agnatum L. I. T. 15.  
gitima. ceu tutorem vocat, cum in vinculo sanguinis lex fiduciam  
ponat; Dummodo Capitis deminutio non obstet, quippe Ca- L. I. T. 16.  
pite deminuti non admittuntur, de quibus agit Tit. 16. de Cap-  
demn.
- Patroni quoq; olim ad legitimam tutelam libertinorum voca- L. I. T. 17  
bantur.
- Parentes quoque ad exemplum patroni olim admittendi, ad L. I. T. 18.  
tutelam liberorum suorum a se emancipatorum liberos.
- Fiduciaria vero ea dicebatur, cum ipso patre (qui filium L. I. T. 19.  
manumiserat) mortuo, alii patris filii, ad tutelam filii emanci-  
pati mortui liberorum, ceu curandorum patri, jam admittendi es-  
sent. Hodie tales Tituli Tutelares cessant, cum ex ordine gra-  
dum omnis Tutela Legitima conferatur, omisso Titulo fiducia-  
rio &c.
- Deficiente Tutela Testamentaria & Legitima, succedit  
(3) de Attili DATIVA seu ATTILIANA, quae a Magistratu confertur, L. I. T. 20.  
ana. etiam eo casu, si legitimi & Testamentarii tutores mortui, aut  
in ipsa gestione se suspectos fecerint, dum forte hanc vel aliam  
tutelam jam antea mala fide gesserunt, imo ob suspicionem quoq; L. I. T. 21.  
removendi sunt; cum melius sit jura pupillorum intacta servare  
quam post vulneratam Causam media quaerere.
- Quis eligendus In constituendo & eligendo tutore vero magistratus respi- L. I. T. 24.  
ciat talem personam, quae bona immobilia possideat, quo securitas  
bonorum pupillarum vi hypothecae Legis concurret.
- De suspitione Tutoris authoritas specialiter munita in Tit. 21. Alias ad  
& Excusatio hocce munus quasi publicum subeundum, inviti quoque mediante L. I. T. 21.  
no Tutela. carcere, vel multae indictione cogi possunt; nisi justas excusandi  
Causas habeant quae in Tit. 25. occurrunt. Cum vero causa  
excusationis falsa fuerit, ita excusatus, periculo gestionis ab altero  
suscipienda, obnoxius manere intelligitur. Quaedam Causae tamen  
impediunt quoque suscipere volentes, ut Milites &c. &c. per Mor-  
tem &c. munus hoc finitur.
- Quamdiu & TUTOR datur Minori XIV. annis, postea datur CURA. L. I. T. 22.  
quibus datur? TOR usque ad annum XXV. completum. Sed in Saxonia usque ad  
finem anni XXI.
- Maistrum bonis quoque Curator datur, v. g. ob absentiam, ob L. I. T. 23.  
furorem &c. &c. 16. 3

RES  
quater  
jure  
vanda

Specie  
extra  
mon  
extra  
onem  
rum c  
um.

LIB. II. Tit. i. De RERUM DIVISIONE  
& ACQVIRENDO EARUM DOMINIO.

Tab. 5<sup>m</sup>

RES quid & quatenus in jure consideranda sint?

RES in jure consideratur, & hic est: quicquid in hominum usu & L. II. T. 1. abusu esse potest, qua tale, cum suis causis. Cocc. in Hyp. j. b. i. pro Nam quatenus de acquirendis, conservandis & transferendis rebus quaestio formari potest, eatenus in jure de rebus disponitur L. f. de LL. Res ab aliis jam occupatas, domino hoc invito, ab alius non auferendas esse, DEUS ipse praecipit in Decalogo, hinc Communionem Bonorum DEUS post lapsum noluit.

In jure & Textu Institutionum Imperator res earumq; dominia misericorditer distinxit, ita ut res consideret, quod sint vel IN PATRIMONIO i. e. in dispositione singulorum hominum ita ut tales acquirere nemini prohibitum sit, de quibus in Tab. seq. vel, EXTRA PATRIMONIUM i. e. qua in privatorum dispositionem ita non veniant, nec acquiri pro lubitu possint. huc pertinent

EX REBUS DIVINI JURIS

Res sacrae, qua DEO auctoritate Principis (vel ejus cui Principis commissi) consecratae sunt, ut aedae sacrae, aliaque ad ministerium DEI in iis dicata

Res Ecclesiasticae Quae ad sustentationem ministrorum ecclesiasticorum s. g. destinata atq; ideo non consecratae sunt. L. II. T. I. §. 8. l. 40. §. 44. de Religios.

Res Religiosae. Quales s. g. sunt camerae, sepulchra &c. §. 9. b. 1.

Res sanctae, vero in jure dicuntur, qua sanctione seu penali constitutione ab injuriis hominum notanter exemptae, ut Muri & portae civitatum (a) it. Principes eorumq; Legati &c. §. 10.

EX REBUS HUMANI JURIS extra dispositionem seu extra patrimonium privatorum sunt

Res communes, qua omnibus hominibus competunt, ut aer, aqua §. 1. b. 9. profluens, ventus, lumen, innoxius transitus, Usus maris, usus litorum & riparum.

Res publicae, Quae uni populo vel eorum civitati ejusq; civibus competunt, ut aerarium & loca aut alia jura ad Publicum pertinentia. §. 2.

Res Universitatis, Quarum, proprietates non ad totum populum, sed ad certam Universitatem ex publico pertinet v. g. ad Collegium & Corpus Reipublicae subordinatum, ita ut omnes ex illa Universitate (non extranei) in rebus sub certa limitatione uti possint. §. 6.

Res Nullius, Quae nondum occupatae sunt, extra patrimonium esse censentur, vel (1) Natura, ut ferae bestiae, quo & pertinent apes, pavones, columbae nondum occupatae. §. 22. seqq. (2) Censura, ut res sacrae, sanctae, hostiles &c. (3) Facto, ut res derelictae. (4) Tempore b. 1. ut Thesaurus. (5) Casu, ut hereditas jacens.

(a) Portae & muri civitatum in §. 10 l. b. 1. quodammodo divini juris esse dicuntur, sc. in eo sensu, quod tales res inter gentiles tutelae certi Dei dicatae essent, quem tempore belli, cum, e civitatibus deicerentur, evocare solebant. conf. Disp. B. Cocceji. de EVOCATIONE SACRORUM.

Species Rerum extra patrimonium seu extra dispositionem singulorum existentium.

Tab 6.

Rerum acquisitiones ex jure Gentium vel Naturæ.

Acquisitiones rerum ex jure Civili.

Distinctio in re, ex jure ad rem.

Ex jure in re.

IN PATRIMONIO sunt, seu in Dispositionem hominum veniunt & licite acquiri possunt res, vel ex JURE GENTIUM. Hoc enim jure ceu per Naturam acquirimus mediante *occupatione*, ita ut cum duo in occupanda re nullius concurrant, is præferendus, qui prius cepit, non qui prius vidit. Nec pisces in rivis privatis, nec feræ in sylvis circumseptis degentes, pro jam occupatis habentur, secus est, si jam sint in piscinis vel vivariis. Itemq; hoc jure gentium acquirimus per *Allationem, inventiorem, accessionem, Captivitatem, natiuitatem* ex re nostra, it. *Specificationem, Confusionem, commixtionem, culturam* indeq; justo titulo & b. f. perceptos fructus. (De *satione & Plantatione*, quatenus in utilitatem domini fundi vergant? etiam si semen alterius sit, vid. §. 31. seq. h.) *scriptura & pictura* quatenus illa olim domino chartæ, hæc v. pingenti cesserit? *vid. §. 33. h. i. de Traditione* vid *Tab. seq.*

JURE CIVILI acquirimus & patrimonio nostro res alterius sub-jicimus, per modum *Usucapionis & Præscriptionis*. illa est: *cum rem à non domino, bonâ fide & justo titulo obtinimus & continuo per tempus lege definitum possidimus.*

In re mobili, *triennium*, in re soli, *decennium* ad usucap. requiritur; absentia anni tamen duplicandi sunt. In Saxonia unus annus 6, septimanæ & 3. dies, eo c. de se. derantur. res imobilis v. 30. annis atque anno & die, præscribi potest. Præscriptio in se v. continet hanc Except. Præscriptionis, Reo tunc competentis, quando rem vindicaturus, justo tempore non egit. (a) Alias tempora in jure ratione rerum Fisci, rerum furtivarum, rerum alienari prohibitarum &c. varie distinguuntur.

*Mortis causa donationem* jus civile quoq; permittit, addendis tamen quibusdam solemnitatibus, atque jure ultimæ voluntatis, ea revocabilis est.

*Donatio inter vivos* autem ex jure Gentium est, adeoque statim obligat. Summæ quantitatem tamen jus civile respexit, atque ejus Revocationem ex vitæ suæ infidiis, ob *verbales & reales injurias, ob immodicum damnum & patia violata*, donanti concessit.

Porro de jure Civili vel,

EX JURE IN RE, vel JURE AD REM acquirimus, hoc 7. quando alter ex *conventionibus & contractuum speciebus nobis obligatur*, ita ut *persona promittentis vel contra nos delinquentis ratio habeatur, & principaliter ipsa ad dandum vel faciendum nobis obligata sit*, hinc fundamenta ejus oriuntur, ex *conventione, pollicitatione & delicto*. Alii adjuvant *æquitatem naturalem*, quo referunt obligationem paternam ad *alendum, dotandum &c.*

EX JURE IN RE v. *ipsum rei promissæ nexus principaliter occurrat*, ita ut propter ejus rei possessionem quilibet possidens nobis obligatus existat. Quatuor v. *juris in re*, sunt species (1) *Dominium*, quo tamen omnes dominiorum species pertinent, quæ ceu *persona commodans, mutuo dans, deponens &c. &c.* habet. (2) *Hereditas*, quæ tribuit heredi-jura in rebus hereditariis ubicunque sitis. (3) *Pignus*, quo & *hypotheca* pertinet, quæ Creditori jus reale tribuit in rebus nexu tali ligatis (4) *Servitius*, quæ jus reale nobis in re tribuit cui dominamur. Alii superaddunt (5) *Possessionem*, sed hæc mutuat ex jure alterutro. (b)

(a) vid Syll. L. 41. T. 3. de usurpat. & usucap. & L. 44. T. 3. de div temp. præcr. (b) vid. d. Syll. T. de Reb Cred. n. 1 lit. m. not.

l. 1. §. 1. De acq. poss. §. 1. §. d. f.

L. 2. T. 6.

L. II. T. 7.

l. f. C. de revoc. don.

disto

de his singulis aliisq; infra in Tab. 16. 17. 18. 19.

Res Coles & poral sunt?

Traditio raqu

De quoditio sicbu

De rei & non



RES porro sunt vel CORPORALES vel INCORPORALES  
 Coporales, quæ sc. in corpore consistunt & tangi possunt. & sunt vel  
 mobiles vel immobiles.  
 Incorporales hic sunt, quæ per sensum juris percipiuntur, sicut in Natu-  
 ralibus per spiritum hominis Philosophus animam intelligit,  
 ita Jctus in jure, v. g. per hereditatem, per servitutem &c. intelligit  
 talia jura, res ita afficientia, ut sint res hereditariæ, res servituti-  
 bus ligatæ &c. &c.

Tab. 7.

Traditio ve-  
 ra quæ sit?  
 & res ab altero alteri in dominium & Custodiam dari potest eaq;  
 Traditio est vel.

L. II. T. 2.

L. II. T. 1.

§. 400

Propria, quæ proprie & vere fit de manu in manum.  
 Impropria, quæ contingit variis modis & quidem vel.  
 (1) per Fictionem brevis manus, Cum sc. res præsens pro tra-  
 dita habenda, est tradita non sit (a)  
 (2) Fictionem longæ manus, Cum sc. res in conspectu tradere &  
 accipere volentium dumtaxat posita, pro tradita habeatur, atque ideo  
 ad recipiendum ex turre v. g. demonstrata sit.

De quasi Tra-  
 ditionum spe-  
 ciebus.

(3) Ex Constituto, Cum res quæ jam ante penes nos erat, ex no-  
 va causa utriusque consensu seu tradita intelligenda.  
 (4) Symbolica, Quando loco rei signum aliquod accipitur, animo  
 apprehendende possessionis, uti rei Signatio: quæ & toto die inter mer-  
 catores in nundinis solemnibus contingit, cum sc. post consensum  
 in Emptore & venditore perfectum, emptori signatio vel inscriptio  
 sui Nominis vel signi alicujus in re vendita permilla est. it.  
 si domus venditæ cautâ, Claves domus, horrei &c. seu symbola  
 venditionis relinquuntur, vel eum in finem traduntur.

De Dominio  
 rei traditæ  
 & quando sit  
 non transeat

De Traditionibus tamen notandum: quod licet dominii trans-  
 lationem intendant & secum ferant, tamen in Venditionibus ratio-  
 nabiliter constitutum est: quod nisi & ab Emptore pretium con-  
 ventum solum fuerit, emptor rei eo respectu traditæ dominium  
 consequi non debeat, nisi ipse venditor fidem dederit nec, ad fi-  
 dem datam ab emptore dolose inductus sit.

L. II. T. 1.

§. 42.

(a) Harum Traditionum species singulas dilucide explicavi in  
 System. Tit. de Acquir. rer. dom. n. 59. seqq.

Tab. 8.

LIB. II. T. 3. de SERVITUTIBUS Realibus PRÆDIORUM RUSTICORUM & URBANORUM agit, hinc definitur ex hoc Titulo

De Servituti-  
bus Reali-  
bus.

SERVITUS, quod sit jus in re aliena alteri constitutum, si cuius alius aliquid pati vel non facere in suo cogitur, ad nostrum vel prædii nostri utilitatem.  
Hæc Servitutis constitutio contingit vel ex partium, dominantium, Conventione, cui traditio accessit; aut ex Testamento alicujus; aut ex Præscriptione.

Lib. II. T. 3.  
S. 4. §. 1. f.  
de Serv.

SERVITUTES hic distinguuntur in

Servitutum  
urbanarum  
species.

URBANAS, quæ debentur à prædio ad usum alterius prædii urbani. Quarum variaz species recensentur ut (1) oneris ferendi (2) Tigni immittendi, it. projiciendi protegendi que (3) Stillicidii vel fluminis (aut aliud quoque onus) recipendi vel advertendi (4) Prospæctus (5) Servitus luminum seu fenestram in alterius pariete habendi, quo lumen recipere possim, aut ne luminibus (per ædificium alterius v. g.) officatur (6) servitus prospæctus, (7) Altius tollendi vel non tollendi ædificium &c.

L. II. T. 3.  
S. 1.

Servitutum  
Rusticarum  
species, & co-  
gnitio.

RUSTICAS, Quæ scilicet ad usum rusticum spectant, uti sunt v. g. hortus, pratium, & ea ædificia quæ ad fructus colligendos (non ad habitandum) extructa, hinc v. g. horreum in media civitate præjacens, alteri, frumenti ex agro suo recipiendi vel excutiendi causa inserviens, pro servitute rustica Leges tale onus agnoscunt.

Lib. II. T. 3.  
pra.

Species Servitutum Rusticarum autem variaz recensentur sc. (1) Jus itineris per alterius prædium (2) Altus (3) Via, (4) Aquaductus (5) Aquæ haustus (6) Pecoris ad aquam appulsus (7) Jus Pascendi (8) Jus calcis coquenda (9) Jus arena creta ligni &c. &c. ex alieno sibi fundendi &c.

Ad Servitutes constituendas quoque sufficit ut Causa concurrat perpetua, etiam non concurrat causa continua: Uterque sc. dominans & Serviens itaq; prædium possidere aut sperare debet, si ita convenire velint; idq; vicinum, ac servitutis constitutio proficua sit.

L. 18. de  
servit. nit.

Quæ Requi-  
sita in con-  
stituendis ser-  
vitutibus oc-  
currant?

Iniquum quoq; foret, ut servitutes rusticæ tempore necessitatis ipsum dominum ab usu prædii sui alieno servientis, excluderent, (a)

Servecenda sūt  
servitutes &  
Jura perso-  
nalia.

Diximus supra: quod in hac reali servitute Dominus aliquid pati aut non facere debeat; Econtra, Cum aliquis aliquid dare aut facere debeat, Toties Servitus ex hoc Titulo desumenda non est; sed personarum servilium mentio in Lib. I. Tit. 3. seqq. jam facta est. Sed jura hodiernorum rusticorum, qui propter glebam, quam à domino possident, ad servitia personalia & ad præstationes fructuum portionum reales obligati sunt, variant pro diversitate conventionum, locorum aut consuetudinum. Quatenus vero res alias plene libera, interdum ad tempus &c. alteri persone servire, aut fructus præstare debeat? de his dicemus occasione Tit. 5. Tabula sequentis.

(a) vid. de hæc Materia nostrum Syll. Lib. 8. T. 6. quemadmodum servit. amitt. n. 12. seqq.

LIB. II. Tit. IV. De USUFRUCTU agit, quippe qui hic

De usufructu  
ejusq. consti-  
tutione.

Species *servitutis personalis* est, non quidem uti supra in *Lib. I. T. 3.* ubi homines servi dominio alterius subiciebantur; sed ut *persona ex re alterius commodum & v. g. ex horto, vinea, agro grege &c.* alterius usum & omnes fructus ad dies vitæ, vel ad certum tempus *capere possit.*

Quod jus itidem oritur vel ex *Conventione partium expressa* vel ex *Testamento Tertii*, vel *Prescriptione* vel ex officio *judicis in judicis discretis* vel ex *ipsa Lege* ut patri in bonis liberorum suorum.

Imo quotidie viduis Nobilium ex Feudis usufructus quidam constituitur in *Dotalitium*, salva proprietate feudi ipsius heredibus reliquenda. Distinguitur autem

(1) In usufructum verum, qui est *jus alienis rebus utendi fruendi* salva rei substantia.

(2) In quasi Usufructum, qui est *illarum rerum, quæ non nisi abutendo seu absumendo vel consummendo ipsarum substantiam in usum deduci possunt.* hinc qui usufructum cellæ vinariæ alteri ad dies nuptiales constituit, vel æstimato dedit, ut postea vel eandem quantitatem & qualitatem, vel pretium determinatum heredi refundat, commodum ex pretio respicere potest. Cum vero vinum consummendum sit, quasi usufructus saltem concurret, & *Cautio de restituenda quantitate & qualitate vini, ex re consumptibili, rem non consumptibilem constituere videtur: hinc Cautionem hanc remitti non posse, docet §. 2. Inst. de Usufr.*

(3) Usus, *Quando rei usus ad quotidianas necessitates saltem permissus est*, hinc usus denotat, german. einen nothdürfftigen Gebrauch, usufructus vero einen freyen nützlichen Gebrauch.

(4) Habitatio, *quæ continet jus alienas aedes inhabitandi & utilitatem habitationis percipiendi.* (a)

(5) Operæ servorum. *Quando alicui (ex Testamento vel contractu) concessum, ut ex operis servi reliq. omnem utilitatem percipiat.* (b) Hæc & Tabulæ præcedentis jura cessant (1) *Morte*, in specie ejus cui debetur. (2) *Abusu* (3) *Non utendo* (4) *Cessione* (5) *Consolidatione* (6) *Lapsu temporis &c.* (c)

L. II. T. 4.

L. II. T. 4. pr.

l. §. I. de usufr. ear. rer. que usu

L. II. T. 4. §. 2.

L. II. T. 5.

L. II. T. 5.

Usufructus  
diviso in ve-  
ram & quasi  
usumfr.

De Usu

Habitatione  
&  
Operis ser-  
vorum.

(a) Quomodo Habitationis jus ab usu & usufr. differat? *vid nostr. Syst. T. de Usu & habit. n. 5. ibiq. not.*  
(b) *vid. d. Syst. T. de operis Servorum in Lib. 7. T. 7.*  
(c) *vid. d. Syst. L. 9. T. 4. per tot.*

Tab. 16.

De VI. Tituli Materia, De Usucap. & Praescriptionibus jam supra in Tab. 6. mentio facta, ejusdemque occasione eam explicabimus. ibidemq; de Tit. VII. materia de Donationibus occasio data est.

Lib. II. T. 6.  
T. 7.

De Usucap. & Donatio nibus.

Tit. VIII. Quibus alienare licet? sancivit ut alienationes fiant (1) A Dominis

L. II. T. 8.

(2) Ut ita dominantibus simul plena ac libera rerum administratio competat, nec furoris, atatis, aut alia ratio obstet. Hinc maritus fundorum dotalium administratio cum fructibus concessa, alienatio tamen interdicta est: nisi forte fundus dotalis (1) affirmato datus sit, aut (2) Necessitas sit (3) Mulieri non noceat.

L. II. l. 16.  
de fido dot.  
l. 6. s. f. de  
jure Dot.

Pignorum alienatio, in securitatem debitorum constitutorum, neque simpliciter permessa est, licet pacta conventa alienationem Creditori concefferint. (a) add. infra Tab. 18. n. 4.

TIT. IX. Per quas personas cuiq; acquiratur? è contrario docet; quod acquisitio rerum aliis personis quoque competat, quae non acquisiverunt. Hinc patribus & dominis res illas hic novus Titulus adjudicat, quas eorum filii vel servi acquisiverunt.

L. II. T. 9.

De Peculio

PECULII ratio tamen svadet, ut res peculiaris peculio accedat (b) IDQVE distinguitur

§. 5

ejusq;

(1) In Profectitium, Quando scil. filius ex re, vel intuitu patris aliquid seorsim acquisivit; quod quidem in totum ad patrem pertinere intelligitur; Filius tamen retinet, si emancipato non ademtum, vel bona patris publicata sint. Durante administratione peculiari filius quoque jus ex eo donandi habet, & pater ipse peculiotenus tenetur.

L. II. T. 9.  
§. 1. seqq.

Speciebus.

(2) In Advenitium, Quod filius ex operis suis vel ab alio privato acquisivit: extraordinarii adventitii usufructus vero filii est.

(3) In Castrense, Quod filius ex armata militia vel ejus occasione acquisivit, idque in totum ad filium spectat, ut &.

(4) In Quasi Castrense, quod ex militia togata, vel à Principe ceu donum acquisivit, atque in hac & praeced. specie pro patrefam. habetur, adeoq; de urisque filiis. pro lubitu disponit.

(a) vid. Syst. T. de distract. Pign. vel Hypoth. in Lib. XX. T. 5.

(b) De Peculio ejusq; speciebus, & specierum jure singulari, vid. Syst. in Lib. XV. T. 1. per tot.

Quibus testari  
prohibitum sit?

TESTAMENTORUM requisita, quorum dispositio cuilibet permissa est, dummodo Testandus non sit *Impubes, non Filius fam. non Apostata vel hereticus, non Deportatus, non Bannitus, non usurarius manifestus, non Carmine famoso damnatus*, de quibus aliisque testari prohibitis agit Tit. 12. Heredes institui quoque possunt omnes qui non excepti. Hinc hereticos, Bannitos Apostatas, Perduelles, illicita Collegia, servos pane &c. heredes institueri non licet.

L. II. T. 12.

TESTAMENTUM in se vero in Tit. X. describitur: *Quod sit voluntatis nostrae iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit* (a) & distinguitur in

L. II. T. 10.

Quid & quo  
duplex Testa-  
mentum sit?

(1) *Publicum* Quod Principi offertur, idque nihil amplius requirit, vel Actis judicialibus insinuat, cum v. g. Testator praesens in loco iudicii, vel domi, ad se vocatis personis iudicialibus referat: Hoc Scriptum v. g. voluntatem suam ultimam continere, atq; ideo illud usq; ad tempus suae mortis Actis interrim recondi petat. Quod tandem morte secuta rite publicatur.

L. II. T. 10.

L. II. T. 10.

§. f.

(2) *Privatum* quod est vel *Scriptum* vel *Nuncupativum*. Testamentorum SOLENNIA *intrinsicca* & *extrinsicca* tamen observanda sunt.

*Solemnitates extrinsicca* autem seqq. sunt: sc. ut 7. testes habiles masculos rogatos, aut casu praesentes, monitos, animo & corpore praesentes, adhibuerit, coram quibus uno contextu (i. e. antequam nox vel alius actus extraneus v. g. contractus, intercesserit) voluntatem suam Testandus declaraverit; ac cum testes nomen heredis perceperint, in praesentia Testatoris *Testamentum Scriptum* subscripserint & subsignaverint. (Nihil tamen officit, signum alienum adhibitum fuisse) ipse Testator quoque subscribat vel si scribere nequeat, testem octavum adhibeat, Cessat tamen dispositio §. 4. l. h. t. propter Nov. 119. cum alias in d. §. requiretur, ut ipse Testator Nomen heredis scriberet. Imo in *Nuncupativo Test.* subscriptiones & subsignationes cessant, & licet Notarius forte adhibitus in meliorem sui notitiam Nuncupata verba conceperit, tamen h. c. non idiget allegatis subscriptionibus & subsignationibus.

§. 3. §. 99.

d. T. 10.

Testamentorum  
solemnitates ex-  
trinsicca & in-  
trinsicca

*Solemnitates intrinsicca* ratio vero exigit, ut si Testator heredes suos seu liberos habeat, vel speret posthumos Pater vel Avus Testans in suo Testamento extantes *Nominatim ut heredes instituat*, & ad minimum sub *heredia titulo Legitimas*, (etiam posthumis ne rumpant,) ad iudicet, aut si iusta causa *exheredationis* in quibusdam liberis concurrat, *ex addita ea causa, nominatim exheredet*.

L. II. T. 13.

T. 14. T. 19.

L. II. T. 17.

Quos Causa  
exheredandi  
sunt.

Alias liberis, & testantibus patribus vel avis, praeteritis, per modum *Querela inofficiosi Testamenti*, tales dispositiones evertere permissum est. Ascendentium maternorum Praeteritio tamen loco exheredationis est. *Liberi Testantes* quoq; parentes suos heredes scribant, nisi & ex obto parentes *exheredandi causis* una concurrat, & liberi tales parentes exheredare velint. *Parentibus Quatuordecim causa* relictae, ex quibus liberos suos exheredare possunt.

L. II. T. 18.

Lib. II. T.

13. §. f.

De fratre licite  
praeteriundo.

Fratres in Testamento praeterire tamen permissum est, dummodo fratribus germanis aut consanguineis honestis, turpis persona non praelata fuerit.

Confusa divisionis evitandae Causa, hereditas in *asse* seu 12. partes, vel in *Dupondium* seu duos asses dividitur. quaelibet pars vocatur uncia. hinc *sextans* duas uncias continet.

(a) Testamenti Formulam vid. in nostr. Syst. L. 28. T. 1. in fin.

Tab. 12.

TESTAMENTUM PRIVILEGIATUM solennitates in

Tab. præc. allegatas, non desiderat, sed remittuntur: Hinc valet absque solennitatibus

Testamentorum minus solennium species.

(1) Testamentum Militare, cum sc. miles in expeditione belli constitutus (non in prædiis hybernis pacifice degens vel missus) ut lubet testari potest; imo antea non rite factum, in hoc statu repetitum, validum fit. Pro Militibus autem omnes in hoc casu habentur, qui consensu Ducis aciem sequuntur.

Lib. II. T. XI.

(2) Parentum utriusque sexus inter liberos, non vice versa. arg. §. 3. l. de Testam. ord.

(3) Tempore pestis factum, in quo Testamento saltem testium Coniunctio, non numerus remissus est; hodie tamen duo testes in hoc sufficient.

(4) Ad pias Causas, In quali Testamento solus Testatoris manus recognitionem sufficere, Practici statuunt.

(5) Testamentum ruri conditum, ubi quinque testes sufficient. (a)

Beneficium Legis & inventarii.

Beneficium in adeunda hereditate onerosa apparens, quoque occurrit, & heredi non præjudicat si eam adeat (idq; ante additionem iudici referat) cum Beneficio Legis & inventarii;

Quibus modis Testam. infirmantur?

INFIRMANTUR TESTAMENTA rite facta (1) per Mutationem voluntatis (2) Rumpitur per agnationem heredis sui, etiam postumi. (3) Propter Quærelam inofficiosi Testamenti legitime motam. (4) Irritum fit, si v. g. Testator Capite minutus sit. (5) Desertum fit, si heres scriptus hereditatem adire nolit.

L. II. T. 17.

Nota Quod Testator in Testamento de omnibus suis bonis disponere debeat, atq; per titulum heredis ita disposuisse intelligatur. De Bonis quibusdam tamen disponere licet

per CODICILLOS b) in quibus (1) quinque tamen testes desiderantur (2) uno contextu fiant (3) Testator præsens sit (4) ipse Testator dispositionem suam scriptam subscribat.

L. II. T. 15.

Codicillus & Clausula Codicillaris quid? ejusq; effectus.

Inque Testamento confirmati vel non confirmati sunt. CLAUSULA CODICILLARIS vero est. Quando Testamento v. g. ea verba inserta: *Ut sc. hac. dispositio valeat omni meliori modo, seu quacumq; ratione possit!* Tum enim si solennia Codicilli in Testamento tali adhibita, atque ut Testamentum valere non potuerit, tum effectu hujus Clausulæ subsistit, ac quilibet heres in eo scriptus rogatus videtur, ut præstet, quæ Testamento relicta sint.

(a) De speciebus singulorum horum Testamentorum minus solennium vid. nostr. Syst. T. de Testam. Mil. in Lib. 20. T. 1.

(b) Codicillorum Essentiam accurrate propositam vid. in d. Syst. L. 29. T. 7. de jure Cod. sub lit. a. nos

Ad speciem capiendæ hereditatis quoque pertinet  
**BONORUM POSSESSIO**, Quæ est jus succedendi in universam jus  
 defuncti à Prætorè concessa; sive est jus persequendi retinendiq; patri-  
 monii, quod cuiusq; cum moriretur, fuerat.

De hereditati-  
 bus per mediū  
 Bonorum  
 Possessionis  
 capiendæ.

Hoc jus Possidendi Retinendiq; hereditatem competit v. g. Conjugi su-  
 persiti, cum persona prædefuncta nullum Testamentum, & nullū  
 cognatum vel nullum heredem reliquerit; Quo casu petita Bo-  
 norum Possessione, superstes conjux integram hereditatem re-  
 tinere & exigere valet.

L. III. T. 10.

Item si Testamentum quidem conditum, sed per nativitatem post-  
 hūmi Ruptum atque inde extinctum fuerit, mortuo hoc rum-  
 pente, heres in Testamento scriptus, Testatore quoq; mortuo, Bo-  
 norum Possessionem secundum Tabulas contendere potest. Item si Mu-  
 lier gravida relicta sit, Ventrus sui nomine Possessionem & fru-  
 ctus hereditatis eo medio B. P. percipere potest. Itemq; filius  
 pro adulterino & illegitimo ab agnatis accusatus, usque ad tem-  
 pus pubertatis Bonorum Possessionem (quæ Carboniana vocatur)  
 contendere potest. (a)

Ejus petitionis  
 spatium.

Spatium petenda Bonor. Poss. Jus liberis añum, Cognatis 100. dies dedit.

S. 4. d. T.  
10.

**SUBSTITUTIONIS HEREDUM** Materia ex L. II. T. 15. &

seq. addenda est. definitur autem  
**SUBSTITUTIO**, Quod sit secundū herediū institutio, in locum descien-  
 tis primi. Eaque dividitur.

(1) In Vulgarem, Quæ fit cuiq; heredi in casum, si heres non erit.  
 Sub quibus verbis, non erit, etiam comprehenditur, si heres esse  
 nolit, vel volens heres esse non possit.

L. II. T. 15.

Substitutio  
 quid? ejusq;  
 distinctio.

(2) In Pupillarem Cum pater si patriæ potestatis substituit liberū  
 impuberibus, in casum, si liberi sui instituti ante pubertatem decesserint;  
 Imo propter Clausulam Codicillarem Testamento insertam, substitutio  
 ultra pubertatem quoque valet (b) item si miles substituat (c)

L. II. T. 16.

(3) In Quasi pupillarem seu Exemplarem, Quæ substituitur (eti-  
 am à matre liberis qui ob vitium testari nequeunt) in casum, si durante  
 vitio decesserint.

d. Tit. 16.  
S. 1.

Observatio  
 necessaria.

In substituendo tamen parentes observent, ut filii instituti  
 liberos & fratres præferant personis extraneis.

Quando sub-  
 stitutio ces-  
 set vel ejus jus  
 deficiat?

**CESSAT & finitur SUBSTITUTIO** (1) si ipse substitutus  
 præmoriatur (2) si Testamentum principale corruat. (3) si casus  
 aut Conditio præscripta non adimpleatur. (4) si filius tempore  
 mortis jam pubes sit (vid tamen sub præc lit. b. & c. citata) aut  
 si quasi pupillariter substitutum fuerit, liberi, quibus ideo substi-  
 tutum erat, jam sanæ mentis facti sint, nisi recidant. (d)

d. Tit. 16.  
S. 8.

(a) vid. Syst. per totum Libr. XXXVII ibiq; XI. Titulos de Bon. Poss.

(b) vid. Syst. T. de Vulgari & pup. subst. n. 17. seqq.

(c) l. 15. de Vulg. & pup. subst.

(d) vid. d. Syst. d. T. de Vulg. & p. f. n. 24. seqq.

Tab. 14.	<b>LEGATA</b> quoq; in Testamento relinqui solent, & definiuntur	L. II. T. 20.
Legata quid? eius modi, & qua res valide legari possint?	Quod sint donationes Testamento relictae, ab heredibus praestanda. Ex verbis dispositionis olim quatuor species notatae sunt, ut v. g. Per <i>suendi</i> , vel <i>vindicandi</i> modum &c. Hodie vero simplicia sunt, dum verba non distinguuntur.	
vel qua inutiliter legatur?	<b>LEGATUM</b> Testamento alicui relictum itaque valet, qualecunq; etiam si res aliena, oppignorata &c. relicta sit: Imo ipsi legatario suum debetur, quod Testator ei debuerat, legati nomine praestandum, si in Legato plus contineatur, etiam si utilitas ex monetae genere vel tempore saltem appareat. Itemque Debitori liberationem a Credito, aut <i>Dotem</i> &c. &c. legare permisissum est & subsistit.	L. II. T. 20. §. 4. §. 5. §. 11. seqq.
	<b>INUTILITER</b> tamen legatur res, quae non est, nec esse speratur, vel quae in commercio hominum aut legatarii, (uti v. g. res sacrae, Principis publica) non est <i>vid. l. 39. §. 8. seq. de Leg. I.</i> aut si res legata iam ante mortem Testatoris ex titulo lucrativo, ab ipso legatario acquisita sit, aut si legatum ab ipso Testatore iterum <i>ademptum</i> vel <i>translatum</i> sit.	L. II. T. 21. de ff. d. §. Trans l. leg.
De Legato Demonstrativo & Taxativo.	<b>DEMONSTRATIONIS &amp; TAXATIONIS</b> causa quoq; legatum valet: v. g. si ex certo fundo certa quantitas vini vel frumenti legata sit, demonstrata quantitas debetur integra, Taxata debetur in tantum in quantum nata. Unam rem quoque v. g. domum <i>Titio &amp; Sejo</i> simul legare permisissum est, cum v. unus <i>Coniunctorum Legatariorum</i> praemoriatur, tum	L. II. T. 21. §. f. de Leg. 3. l. 5. d. Trif. vin. ol. leg. l. 8. §. 2. de Leg. 2.
De iure accrescendi.	<b>US ACCRESCENDI</b> sibi locum vindicat, ita ut portio legatarii mortui iam deficientis, accrescat re conjuncto, nisi de alia voluntate constat.	L. II. T. 20. §. 8.
De Lege Falcidia.	Si vero Testator per nimia Legata omne commodum Heredi ademerit, heredi ita contristato consulitur per <b>LEGEM FALCIDIAM</b> , vi cuius heredi facultas relicta est, ut <i>quartam a Legatis</i> detrabere, atq; sibi hereditatis totius partem quartam salvam servare possit, aut si ex errore facti (non errore juris) legata iam praestiterit, ea legata ad deducendam Falcidiam repetere possit.	L. II. T. 22.
De Trebelliana.	Item si in alicujus <b>FIDEICOMMISSUM</b> hereditas data sit, eum in finem, seu <i>cum petito</i> , ut <i>tertio alicui hereditatem sibi collatam restituat</i> , talis <i>fiduciarius</i> heres valet deducere <b>TREBELLIANAM</b> seu <i>idem quartam partem</i> illius hereditatis, quae fidei suae commissa erat. Restituere tamen praeter eam cogitur <i>fiduciarius</i> fideicommissario bona relicta, etiam si verbis precativis <i>restitutio</i> in Testamento <i>injuncta</i> fuerit, nam temporibus Imperatoris <i>Augusti</i> fideicommissum jam vim juris seu necessitatis accepit.	L. II. T. 23.
Fideic. universale & singularare.	Dividitur <b>Fideicommissum</b> in <i>Universale</i> & <i>Particulare</i> seu <i>singularare</i> . <i>Universale</i> totius hereditatis restitutionem <i>injungit</i> , <i>Particulare</i> seu <i>singularare</i> vero saltem partis relictae restitutionem <i>exigit</i> .	L. II. T. 24.
Quando cessat quartae cessant?	<b>CESSAT</b> tamen <i>Jus Falcidia</i> & <i>Trebelliana</i> in Testamento <i>militari</i> , in piis causis; it. si heres <i>inventarium</i> omiserit, aut res <i>subtraxerit</i> , aliisque modis <i>indignum</i> se fecerit. (a)	
vid nostr. <i>Syl. T. ad L. Falcid. n. 7. seq.</i>		



LIB. III. Tit. I. De HEREDIT. quæ ab INTESTATO deferuntur, docet, quod si Dispositio expressa, seu Testamenti deficiat, ipsa lex civilis acquisitionem bonorum à defuncto relictorum permittat, secundum Ordinem præscriptum. Hinc succedunt

SUCCESSIO in bona defuncti competit.

1. Descendentibus quatenus in Capita vel in stirpes?

I. DESCENDENTES seu liberi per defunctum nati vel adoptati. Et quæ SUCCESSIO fit vel IN CAPITA, cum sc. jure proprii & proximioris gradus, pro numero personarum succedunt; hinc si sex liberi vel sex fratres, aut alii in gradu proximo æquales adsint, Sextam partem quilibet eorum capiat.

IN STIRPES successio v. fit, quando remotiores locum præmortuorum parentum tenent & jure Representationis eam partem capiunt, quem defunctus parens, si adhuc vixisset, cepisset: adeoque si ex dictis 6. fratribus, duo mortui sint, quorum alter quatuor, alter duos liberos reliquisset, illi quatuor eam sextam & alii duo alteram sextam accipiunt.

2 Ascendentibus in Genera.

II. ASCENDENTES succedunt suis descendentibus, si descendentes jam bona acquisiverint, & quidem. In Genera five in Lineas h. c. die von Mutter wegen nehmen ein Theil, und die von Vater wegen nehmen auch ein Theil. Cum Ascendentibus tamen concurrunt defuncti fratres germani aut eos representantes. in Saxonia tamen Ascendentes h. c. soli succedunt.

3 succedunt Fratres.

III. FRATRES GERMANI succedunt, si ascendentes & descendentibus respectu defuncti deficiant. Præmortuorum fratrum liberi tamen concurrere possunt jure Representationis.

4. Fratrum liberi

IV. GERMANORUM LIBERI, si soli sint, ita ut nullus frater superstiti, in Capita succedunt.

5. Fratres unilaterales.

V. FRATRES UNILATERALES admittuntur.

6. Patruum

VI. PATRUUS alique ei æquales. Tandemque

7. Reliqui Agnati & Cognati.

VII. AGNATI ET COGNATI ejus PROXIMI, ubi proximior semper remotiorem agnatum excludit. Jure Feudali soli agnati non cognati in feudalibus succedunt. de quibus suo loco dicendum est. Seriemq; succedendi late in nostro System. p. 906. seqq. Deficientibus agnatis & Cognatis admittitur

8. Conjux.

VIII. CONJUX etiam ex ASSE, mediante Bonorum Possessione de qua jam diximus in Tab. 13. pr. vide l. 1. C. unde vir & uxor.

9. Fiscus.

IX. FISCUS admittitur; Militi tamen Legionis, Studioso Academice, Clerico Ecclesie Fiscus præferatur. vid. l. 1. seqq. C. de hered. Decur.

De variis antiquis succedendi modis sublati.

De GRADIBUS COGNATIONUM jam occasione præcedentium & Tit. de Rit Nuptiar. dici potuit. Legitimam Agnatorum successionem proponit, in specie T. 2, T. 5, & T. 6. ut. ex seq. T. 3. notandum, quod Jus Scii Tertulliani, quod olim matribus saltem succurrebat, à Justiniano in his extensum & Natura in succedendo quoq; considerata sit; adeoque cognatos quoq; admisit; hinc sequens T. 4. hujus L. III ex Scii Orficiam derivatione filios & filias ad matris successionem admittit, Seriem succedendi in d. T. 6. plenius recitet. In T. 7. & 8. Libertinorum successionem confirmavit, ita ut Patronatus jus in hac parte sopiat in pr. d. T. 7. Sed in T. 8. proposuit, quatenus in Testamento libertorum tamen Patronus tercia pars salva manere debeat. & in T. 9. permittit Patrono morienti, suo liberto alium Patronum assignare, qui sepe nulli omnes hodie cessant.

L. III. Tit. 2. seqq. ad T. 10.

Tab. 16.

De Variis anti-  
quis succedendi modis

hodie  
abrogatis

De OBLIGA-  
TIONIBUS  
earumque di-  
stinctio

in

Naturalem  
plenam &

Minus ple-  
nam.

Mere Civi-  
lem

&  
Mixtam.

LIB. III. TIT. X. De BONOR. POSSESS. Hujus Tit. Materiam  
jam recensimus supra occasione *Tabula 13. pr.*

TIT. XI. Materiam, *De Acquisitione per arrogationem*; jam  
occasione *Lib. I. T. II. supra in Tab. 3.* explicare possumus,

TIT. XII. *De eo cui libertatis causa bona addicuntur*, proponit  
qua ratione olim servi libertatem in Testamento Patroni relictam,  
herede nullo adunte vel existente, bona relicta sibi addici petere,  
atq; ideo libertatem consequi, sed creditoribus respondere debe-  
ant, qui *Titt. hodieque cessant.*

TIT. XIII. *De Successionibus sublati qua fiebant per Bonorum Ven-  
ditiones, & ex Scto Claudiano*; Cum sc. libera femina servili amore  
bachata, ipsam libertatem amitteret, pro mortua habenda, adeo-  
que jus succedendi sibi locum vindicare debuerit, ea *Justinianus* in  
hoc Tit. abrogavit,

L. III. T. 12.

Tit. 12.

Tit. 13.

LIB. III. TIT. XIV. agit DE OBLIGATIONIBUS sive de  
*Jure Contractuum*, indeque de natura Obligationum; adeoq; JUS  
AD REM seu *Jus in Personam* jam ventilandum est, quod scil.  
exinde oritur, quod alter cum altero contrahens, vel contra eum  
delinquens, *si contractus initi, ex Consensu vel ex facto suo* alteri  
obligetur.

Lib. III. T.  
14.

OBLIGATIONES tamen per se accurate distinguuntur  
ita ut sint vel NATURALES, vel CIVILES, vel MIXTÆ.

NATURALIS distinguitur *in Plenam*, cum v. g. *Minor* it. *Filius-  
fam.* debitum contraxit, tum propter consensum talis personæ  
perfectum, *Natura* eos obligatos agnoscit; *Jus Civile* tamen ob-  
lubricum ætatis, ob statum filii contra tales personas *Actiones de-  
negat*, aut si *moveantur*, per Exceptionem *Minorennitatis*, per Exc.  
*Scti Macendon.* eas tuetur & absolvit, it. femina majorem quo-  
que contra fidejussionem susceptam, Exc. *Scti Vellejani* tuetur,  
hodieq; Item *Obligatio ex Pacto* (a) pro plena olim non habebatur.

*Nat. Minus plena* vero est, quæ ex virtute saltem oritur, nec  
Obligatio per legem ideo nata est: hinc v. g. *Cajus*, qui *Titius* ex  
aquæ periculo forte liberavit, Actionem non habet, ut *Titius* *Cajo*  
honorarium præstet, nisi forte id expresse promissum sit.

*Mere civilis obligatio* autem ea est, Cum scil. quidem *post præ-  
cedentem interrogationem & congruam responsonem* alter alteri *majo-  
renni* semet *ita Stipulando* quidem plene obligasse videtur; Nihil  
ominus si *vi metuq;* talis consensus extorsus sit, *Forma stipulationis*  
*adhibita* nihil operari, sed *Exceptio, Quod Metus causa*, eum con-  
tractum infirmare debeat. *Causæ Dolis, Erroris* aliaque eundem effe-  
ctum habent. *de qua Materia* infra in *L. 3. T. 20. de inutil. stip.*

*Mixta Obligatio* vero ea est, cum scil. *Juris Naturæ & Juris*  
*Civilis* fundamenta concurrant, adeoq; promittentes valide obli-  
gentur, & cum effectu *Actiones* contra eos jus concedat, *Agentes-  
que* adjuvet, ut promittens scil. præstet, quod ex contractu inito  
debet. Quo referuntur omnes obligationes eorum, qui non ver-  
santur in Statu *Minorennitatis*, *Filiifamiliaris* &c. &c. (b) ob quam  
Causam ex CONTRACTU inito Actionibus pulsari rite possunt.

(a) vid. nostr. *Syst. T. de Pactis n. 6. seqq.*

(b) vid. d. *Syst. Tit. de Oblig. & Ad. n. 4. seqq.* ibiq; hujus Materię  
explicationem.

De C  
bus U  
ralib  
lstra

De l  
dei  
juris

De  
qual  
tract

De C  
min  
Inno

CONTRACTUS autem, quorum si est natura obligatio est exactio  
 producitur, distinguuntur in

*De Contractibus Unilateralibus & Bilateralibus.*  
 UNILATERALES, i. e. cum ex iis unam saltem partem obligationem noscimus, uti contingit in Mutuo in sola persona debente, non in Creditore; in Hereditatis additione in solo herede; in indebiti accceptione, qui inique accipit, quod ei non debetur. &c.

BILATERALES, in quibus uterque Contrahentium obligatur ut in Emptione Venditione, ubi unus ad premium, alter ad rem venditam tradendam tenetur. In Locatione Conductione, ubi Conductor ad mercedem, Locator ad rei liberum usum rem Locatam tradat &c. hinc Actio utrinque directa in us datur. Interdum uni parti ex Contractibus imtis competit Actio directa, alteri parti Actio Contraria, ut in Deposito, Commodato. &c. Conf. Tab. seq. pr.

Porro Contractus distinguuntur in Contractus

*De bonæ fidei & stricti juris.*  
 BONÆ FIDEI, In quibus alter alteri obligatur ad omne illud quod ultra conventionem ex æquo & bono præstandum est, licet verbis non expressum; ut in re vendita, Emptionem &c.

Lib. III. T.  
 23. §. num.

STRICTI JURIS, In quibus tantum alter alteri obligatur in id quod expresse in Conventionem deductum est; hinc Mutui uluras nemo debet, nisi eas expresse promiserit (a) aut in mora fuerit.

Porro Contractus sunt vel

*De veris & quasi Contractibus.*  
 VERI CONTRACTUS, qui expresso utriusque constant consensu.  
 QVASI CONTRACTUS Qui ex unius factio licito Obligationis suæ Causam arguunt; (b) quales sunt Negotiorum gestio, Hereditatis Aditio, Tutela administratio, indebiti solutio, Receptio Navis Campanæ stabuli &c.

Lib. III. T.  
 28.

Veri Contractus iterum dividuntur in

*De Contr. Nominatis & Innominatis.*  
 Nominatos, Qui certum nomen habent indeque nominatam Actionem produciunt: ut Commodatum, Actionem Commodati Emptio Venditio, Actionem Empti Venditi &c. &c.  
 Innominatos, Qui speciale nomen non habent, nec nominatam, sed generalem Actionem Prescriptis Verbis produciunt; ut sunt Contractus Do ut Des, Do ut facias, Facio ut Des, facio ut facias, Qui Contractus innominati, dum (sub us omnia negotia extraordinaria comprehendi possunt) innominati Regulares vocantur. Sed innominati irregulares speciale nomen habent; ut Permutatio & Contractus estimatorius. (c)

(a) vid. System. T. de Reb. Cred. n. 7. seqq.

(b) vid. Syst. Tit. de Pass. n. 11. seqq.

(c) vid. dist. Syst. Lib. XIX. Tit. 3. 4. 5.

## I. REALES sunt

**I. De Contractibus REALIBUS,** qui ad sui substantiam verba requirunt.

(1) **MUTUUM,** quo rei nostra fungibilis dominium in alterum transferimus, ita ut talis nobis in genere restituatur. Communiter Mutui usus permittit usuras. Usuram Usuræ tamen nullo modo debentur, etiamsi promissa sint; nam *Anatocismus* in iure sub pena infamiae prohibitus est.

(2) **COMMODATUM,** Quo rem nostram ita in alterum transferimus, ut eadem ipsa nobis restituatur.

(3) **DEPOSITUM,** Quo res nostra alicui custodienda committitur, ut quandocumque nobis placuerit, ipsa restituatur. Sequostrum vero fidei finita lite cedit.

(4) **PIGNUS** Quod Creditori in securitatem debiti constituitur, ita ut debito soluto pignus ipsam restituatur. Cum vero pignoris usus Creditori loco usurarum relictus sit, *Antichresis* dicitur. Utram legitimarum excessus tamen hoc casu imputatur in sortem. (a)

*Hypotheca* vero fit pacto. In *Hypothecarum*, concursu Prioritatis Temporis, & fide publica notata ratio habetur. (b)

**II. VERBA LIBUS,** seu qui ad sui substantiam verba requirunt.

**II. VERBALES** Contractus inter eos celebrati intelliguntur, qui interrogati inter presentes congruis verbis rogationi responderunt. Si itaque Contractus aliquis ita initus, mediante **STIPULATIONE**

(c) initus intelligitur. Hinc nisi congrue rogationi responsum fuerit, *stipulatio* pro inutili habetur. Hodie obligatio ex **PACTO**, (seu qui proprio motu absque precedenti interrogazione aliquid promittit, quod alter acceptat) paciscentem quoque stringit. Cum vero in **FIDEISSIONE** distinctio **CONSTITUTI** aliaque differentiae cessent, quarum usus necessarius videtur. E. *vid. nostr. T. de Fideiuss.* sub lit b. not. ibique sub n. 26. seqq. *Fideiussorum Beneficia, Ordinis, Excussio, Divisio, Cedendarum Actionum*, recentia videas.

*Mulierum & Militum fideiussiones*, etiamsi solennes, tamen non obligant. (d) Aliaque Stipulationes qualescunque sint quasdam personas stipulantes non obligant, uti de rebus non in commercio vel plane non existentibus, ita turpia, impossibilia, vel facta alterius promittentes: it. si in promittente, furoris atatis, &c. aut alia ratio obstet, quas Imperator in *Textu*, instituit. in *Lib. III. Tit. XX.* dilucide proposuit.

*Correalis* Obligatio duorum in Promittendo & Obligando valida quoque est, sicut ex *Tit. 17. huj. Lib. 3.* apparet, & ex *domini persona servo* quoque stipulari permittum est in *Tit. 18.* *Divisio* stipulationum vero in *Judiciales*, cum scil. post lit. Contestatam iudex ratione doli metuendi, *Cautionem*; itemque *Prætorias*, cum Prætor promissionem & *Cautionem* Quod Legatorum ab herede ob Legata in diem vel sub conditione debita, ad petiitum Legatariorum exigere poterat: quo & pertinet *Cautio Damni infædi, adlitia* &c. de his agit in *Tit. 19.*

**NOVATIO, CESSIO, DELEGATIO, ACCEPTILATIO**, quatenus quoque verbis fieri possint & quales eã sint; vid. ex *dist. Syst. Lib. 46. T. 2. seqq.* ad eos *Tit. Casus Typicos*. Imo quatenus **OBLIGATIONUM** species per *Discessionem, Confusionem, Solutionem, Compensationem, solennem Depositionem, Rerum interitum* &c. &c. tolli possint? de his agit Imperator in *huj. Lib. III. Tit. 30.*

(a) vid. *nostr. Syst. T. de pignor. Ali.* pag. 469. n. 10.  
(b) vid. de *Syst. T. 4. qui potiores in pign.* pag. 631. per tot. *Tit.*  
(c) vid. *d. Syst. de Verb. Obl.* per. tot. (d) *d. Syst. T. de Scto Vellej.*

Lib. III. T. 15. per tot.

Lib. III. T. 16.

Lib. III. T. 20.

Lib. III. T. 20. per tot.

LIB. III. T. 17. T. 18. T. 19.

vid. §. 2. d. T. 19. §. 1. de artil. ed. l. 5. pr. utin post. Leg.

Lib. III. T. 30.

III. De Contractibus LITTE-  
RALIBUS, & bonitate in iis promiserit. Talis scriptura vocatur *Chirographum*.  
Quarum literarum effectus, quod post biennium, (etiam si debitor pecuniam se accepisse neget) validam obligationem contra-  
sententia cōstet, scribentem producat, nisi ipse debitor contrarium probare possit.

Lib. III. T. 12. per 106.

Chirographi. Intra biennium tamen datur *Exceptio Non numerata pecunia*, quo Leges succurrant auxiliis debitoribus, ne avaris vel iniquis Creditoribus occasio debitores decipiendi relinquatur.

Quittantiae effectus.

Quittantia vero seu *Apocha* qua confessionem restitutionis debiti continet, actualis solutio tamen subsecuta non sit, ea intra 30. dies repeti potest. (a)

Lib. III. T. 23.

LIB. III. T. 23.

IV. De Contractibus CONSENSUALES, Ad quarum substantiam solus consensus sufficit, Literae supervenientes vero probationi, non ipsi Contractui

LIB. III. T. 24.

interveniunt, ut sunt  
EMPTIO VENDITIO, LOCATIO CONDUCTIO, SOCIETAS,  
MANDATUM. In quibus post consensum utriusque conventionē  
hucus perfectum, obligatio perfecta nata est.

Tit. 24.

Nota, Quod in *Emptione Venditione* pecunia numerata eiusque pretii quantitas, rei venditae adaequata & certa sit: ultra dimidium in Contractibus *latis*, datur beneficium ex l. 2. C. de resc. Vend. ad rescindendos Contractus.

Tit. 25.

In *Locatione & Conductione* merces promissa usum rei locatae assumit.

Tit. 27.

*Mandatum* susceptum quoque suscipientem obligat. *Jussum* vero à mandato in jure distinguitur, ita ut liberis personis mandemus & negotia nostra committamus, nostros liberos & servos vero jubeamus.

Tit. 28.

*Societatis* contractus intendit, ut commune lucrum & damnum inter socios participetur; *Eaque* societas distinguitur in *Universalem & Particularem*. Cum vero societas mater discordiarum esse soleat, hinc contra Naturam contractuum, jus societatem inveniendis dispensavit, ita ut unius dissensu societas irrita solvi possit. Lucrum tamen quod post renunciationem societati questum erat, alteri socio constanti soli cedat, (b)

(a) vid. nostr. Syst. in Lib. XII. T. 1. de Reb. Cred. à n. 37. usque ad n. 33.

(b) vid. d. Syst. Tit. Pro Socio per tot.

Tab. 20.

Odio *Negligentia* & *doli*, & ne contrahentes semet invicem decipiant vel culpose ladan, Materie CULPARUM occurrit ratio in *Tit. 25. §. 3.*

DOLUS vero per se, uti ERROR, omnem consensum Contractuum excludere videtur, sed

CULPÆ di- CULPA distinguitur in

vifo. *Latam*, cum quis sc. nec eam diligentiam adhibeat, quam alias homines parum diligentes adhibere soleant.

*Lib. 3. Tit. 25. §. 3.*

*Levem*, Qua sc. ejusdem conditionis homines uti & negotiis suis adhibere solent.

*Levisimam*, Hanc Culpam leges à personis artem in ea re profitentibus, præstari exigunt, itemque ab iis qui negotia alterius ultro suscipere conati sunt.

Culpæ seu Negligentiæ opponitur

DILIGEN- DILIGENTIA, quæ distinguitur in

TIÆ divisio) *Maximam*, cum quis ita facit quod diligentissimus facere potest.

*Mediam*, Cum adeo diligentem se exhibeat, uti omnis bonus paterf. se gerere soleat.

*Minimam*, Cum ne quidem eam diligentiam adhibuerit, quam tamen quilibet rem talem gerens, adhibuisset.

CASUS & AD CASUM præstandum tamen nemo in jure regulariter obligatur, & distinguitur in

*Solitum* & *insolitum*. Qui vero casum in se per conventionem recipit, ad insolitum quoque tenetur. *Insolitissimum* Praxis tamen & hoc casu excipit, quia de hoc Contrahentes plane non cogitasse censentur.

PERICU- PERICULUM rei præstandæ quatenus

LUM rei cui contingat? Ob MORAM vel CULPAM præcedentem, aut propter expressum pactum de suscipiendo periculo teneat? dum quis aut ad rem incorruptam restituendam, aut ejus pretium solvendum se obligaverit. *Vid. in Syst. T. Commod. sub n. 33. seqq.*

LIB. IV. T. I. De Obligationibus qua ex Delicto nascuntur, agit de Factis illicitis & Delictis, in quibus Doli & Culparum gradus, sicut in Contractibus, quoque respiciendi sunt.

Tab. 27.

De Delictis  
veris &

Distinguuntur autem DELICTA

L. IV. T. I.

quasi delictis.

In vera, Cum quis sc. ex proteresi & proposito vel cum dolo delictum perpetraverit. & in

L. IV. T. 5.  
per tot.

Quasi delicta, Cum quis ex culpa imputata, vel ob imprudentiam ut iudex male judicando, deliquisse intelligitur, de quibus agit Tit. 5. hujus Lib. IV. & Tit. Pandectar. de Dejectis & effusus it. Nauta Cauponis stabularii ut recepta restituant. &c. add. nostrum Casum Typicum ad Pand. Lib. IX. Tit. 4.

Porro delicta distinguuntur

Delictorum  
distinctio in  
Privata,

(a) In privata, in quibus communiter civiliter (i. e. ad pœnam Actoris adjudicandam) agitur. Quo & pertinet (1) furtum quando res aliena invito domino contrectatur. Cujus pœna, contrectatione consummata, si summa 15. thaleros excedat, hodie est suspendii. In furto qualificato vero, quod sc. vel armata manu, vel singulari effractione, aut scalæ ascensione factum, summa non attenditur, (a) Sicut nec attenditur in (2) Rapina scilicet, propter quam viarum publicarum securitatis causa, pœna Rotæ infligitur. (b) (3) Damnum injuria datum, quod Lex Aquilia vindicat, dum dolo vel culpa alicujus res læduntur aut res alterius ad usum suum destinatæ ab altero consumuntur, Pecora occiduntur aut vulnerantur. (c) (4) Injuria omnis per se, sive verbalis sive realis sive litteralis per famosum libellum illata sit. Atque ideo datur Actio Civilis, ad præstandam injuriato æstimationem illatæ injuriæ, itemque ad Palinodiam, &c. Actio Criminalis ex eadem Causa datur injuriato ad arbitriam pœnam fisco solvendam. Simul Civiliter & simul Criminaliter tamen agere non licet.

L. IV. T. 1.  
§. 1. 2. seqq.

L. IV. T. 2.  
§. 1. seqq.

L. IV. T. 3.

in Publica,

(b) In Publica Quæ lege publica solenni notata sunt, quorum accusatio communiter cuilibet ex populo commissa est, ut Republicæ satisfiat, ut sunt Crimen læsæ Majestatis diuina & humana, & Perduellionis in specie. Crimen Vis publicæ, Homicidium cuius pœna exacerbatur in infanticidio & Parricidio, Venesicium, Incendium, Sacrilegium. Plagium seu furtum in libero homine commissum, in virgine v. g. ablata Crimen Raptus in specie dicitur. Peculatus, continet furtum pecuniæ publicæ. Sodomia, Ambitus & Simonia. Sacrilegium. Crimen de Residuis. Crimen Falsi. Annone fraudatio atque dardanariatus. Scellionatus, quippe sub hoc omnia improba facta comprehenduntur, quorum speciale Nomen deficit.

& in Extraord.  
dinaria.

(γ) In Extraordinaria, Quæ ad delicta descripta non pertinent sed huic vel alteri proxime accedunt, atque ideo Prætor extraordinariam cognitionem promissit. quo pertinet noster Casus Typicus ad Tit. ff. de Extraord. Cogn.

(a) vid. nostr. Syst. Lib. 47. T. 2. de furtis n. 27. seqq.

(b) vid. de Syst. Lib. 47. T. 3. de vi bon. rapt. n. 7. seqq.

(c) vid. de Syst. L. 9. T. 2. ad L. Aquil. n. 2. seqq.

## LIB. IV. T. 6. de ACTIONIBUS agit &amp; definitur

ACTIO, Quod sit jus persequendi in iudicio quod sibi debetur.

Eum in finem LIBELLUS formatur, qui continet commodam Verborum conceptionem, in quibus Actoris petitio seu futura litis species exhibita.

REI ad Actionem Responso: dicitur Litis contestatio: Si itaque litis contestatio negativa fuerit, Actor Libelli veritatem per PROCESSUM PROBATORIUM demonstrare solet, cujus probatorii Processus integram Formulam vid. in nostr. Syst. T. de Testibus.

## ACTIONS, per se vero in iure distinguuntur

in

(Rei vindicatio  
 Civiles seu quæ ex  
 fonte LL. civilium  
 vel XII. Tabb.  
 proveniunt, ut sicut)  
 Actio Confessoria &  
 Negatoria, quæ ex servi-  
 tute reali dantur. Utiles  
 Confessoria & Negatoria ex  
 alio iure competente, &  
 hactenus denegato, ut ex  
 iure Patronatus, Becmarum  
 &c. dantur.

Praetoria quæ à  
 Praetoribus additæ,  
 quippe, quibus po-  
 testas adjuvandi  
 ius corrigendi atq;  
 supplendi data e-  
 rat vid. l. 2. de O-  
 rig. §.  
 Publiciana  
 Pauliana  
 Restitutoria  
 Serviana & quasi Serv. Quæ  
 Actiones omnes ad ipsam  
 rei Vind. proxime acce-  
 dunt.

Actionum Re-  
 alium & Per-  
 sonalium di-  
 stinctio.

## REALES

in quibus quæcum-  
 que rei possessio-  
 nem convenire li-  
 cet.

Prajudiciales quoq;  
 Praetor introduxit  
 & ad Reales pro-  
 xime accedunt,  
 quæ non ex obli-  
 gatione personarum,  
 sed ex iure in Re,  
 (sen cui rei vel  
 dominio tales per-  
 sonæ adscriptæ)  
 dantur. & sunt  
 Actio de Statu libertatis  
 Actio de iure Patronatus.  
 Actio de Partu agnoscendo.  
 Quaestiones de homine  
 servo aut liberto aut inge-  
 nuo, hodie quidem potissi-  
 mum cessant; Utiles tamen  
 dantur, Si quaerendum, an  
 civis, an rusticus an colo-  
 nus, an agnatus an mo-  
 nahens quis sit? &c.

Civiles quæ  
 ex LL. Ci-  
 vilium dis-  
 positione  
 ortæ, ut  
 Praetoria, &  
 quæ à Prae-  
 toribus fu-  
 peradditæ  
 ex Contractibus & quasi Contr.  
 Delictis & quasi delictis, ut fere omnes.  
 Actio de Constituta pecunia,  
 De Peculio.

## PERSONALES

in quibus persona-  
 rum pacificentium  
 ejusque, heredum  
 obligatio, non re-  
 rum respicitur.

Ex conven-  
 tione  
 Ex delicto  
 Ex Quasi  
 delicto.  
 In factum ex iurejurando.  
 Actio de Albo corrupto.  
 De in jus vocando.  
 De Dejectis & effusis; it de  
 Damno in Navi campana factis.



Actiones

MIXTÆ. In quibus tam ex jure in re, quam ad rem eum in personam & in rem nobis jus competit; ut sunt

- Actio Familie erescenda
- A. Communi dividundo
- A. Finium Regundorum
- A. Hereditatis petitionis.

Actionum Mixtarum & Rei Persecutoriarum

In alio sensu MIXTÆ cæque actiones vocantur, quibus partim rem partim pœnam simul petere possumus, ut

Actio Legis Aquiliae aliaque omnes, in quibus duplum petere licebat, de illis in fin. huj. Tab.

Divisio

REI PERSECUTORIÆ

Ex Contractibus, quando rem ipsam ex patrimonio nobis deficientem ab aliis quoque, qui non contraxerunt, persequi possumus. Hinc & pater tenetur ex Contractu sui filii.

Actio de Peculio.  
 Actio ex Jurejurando tenetur possessor ejus rei de qua juratum est. Porro huc pertinet  
 Actio de Constituta pecunia. Huc pertinent aliaque Actiones reales ex Mutuo Commodato Deposito &c. &c. quas & recenset §. 19. Inst. de Act.

Rei Persecutoriarum

more Penales.

- Civiles
  - Actio furti.
  - Actio injuriarum, quæ quasi rei persecutoria est.
- Prætoriarum
  - De Albo corrupto.
  - De in jus vocando.
  - De Delo &c.

Penales mixta, in quibus partim rem partim pœnam exigimus; ut in

Actio Legis Aquiliae, in Actioe de Dejectis vel effusis &c. sed Actio de Tiguo juncto tignum ipsam non vindicat, sed duplum valoris; hinc penalis, non mixta poenalis est. Quo & pertinet Actio in factum de Calumniatoribus &c.

Tab. 24.

**Actiones**

**IN REM SCRIPTÆ**

dicuntur, quæ in se personales esse videntur, sed contra possessorem simul dantur atque in rem conceptæ sunt, ut

*Actiones in rem scriptæ.*

*Actio Noxalæ.*  
*Act. ad Exhibendum.*  
*Act. aqua pluvie arcendæ.*  
*Act. De Retractu Consanguinitatis*  
*Act. Quod Metus causa.* Siquidem metu extorta, itidem à possessore possunt &c.

*Bonæ fidei.*

**BONÆ FIDEI**

In quibus non tantum id de quo conventum sed & quod præterea æquum & bonum est, petere licet ut in

*Actio Empti Venditi.*  
*Act. Locati Conducti.*  
*Act. Pro Socio.*  
*Act. Hereditatis petitionis.*  
*Actio ex Stipulatu de* *(Dote Petenda*  
*Dote repetenda*

*Stricti juris.*

**STRICTI JURIS**

In quibus saltem id, de quo *expresse conventum*, exigere licet, hinc usuræ non promissæ non debentur, in

*Actio ex Mutuo.*  
*Ex Constituta pecunia*  
*Ex Donatione, Pacto &c.*  
*Ex Contractibus facio ut des &c.*  
*Ex Testamento.*

*et*

*Arbitrariæ.*

**ARBITRARIÆ**

vocantur, quando arbitrium iudicis *ultra conventionem* ex æquo & bono aliquid ad iudicare potest, hinc *in Interdictis*, in rebus *Actionibus* & *quasi Contractibus*, it, in

*Actio de eo quod certo loco*, iudicis arbitrium, interesse cessans & damnum emergens Actori ad iudicare potest, si debito loco solutio facta non sit; licet de Interesse vel damno nulla *Conventio* inter: it in *Actioe Quod metus causa*, in *Actioe Doli* aliisque arbitrium iudicis æquitate respicere potest, cum sæpius *ultra conventionem* ad iudicare possit. (a)

(a) De quib. Materis *vid. Casus Typicos* & Tit. Pand. *De eo quod certo loco Aliarumque singularium Actionum Casus Typicos suis Titulis insertos.*

Lib. IV. T.

7. T. 8. &

9.

ADJECTITIÆ

De Actionibus  
aliis simul jun-  
gendis seu ad-  
jectitiæ Qua-  
litas.

QUALITATIS, In quibus præter ordinariam Actionem ex Contractu vel Delicto, alia adjici potest: Hinc pater qui filium rem quandam emere vel vendere jufferat, præter ordinariam Actionem Empti vel Venditi ex §. f. Inst. Quod cum eo qui in al. pot. simul tenetur speciali

Actione Quod Jusu.

Dominus Navis vel Taberna vero ex Contractu sui Exercitoris & Infititoris

Actione Exercitoria & Infititoria. Ipse contrahens Infititor Actione Venditi &c.

Actio de in rem verso vero rei dominum vel patrem filii vertentis tenet.

Actio de eo quod certo loco, præter ordinariam Actionem vel Conditionem Cerii ex Mutuo, interdum simul adjici potest.

Actio ad Exhibendum Noxalis tenet ipsum servi dominum alterne. Injuriarum Actio, Mandantem quoque tenet, qui mandaverat, ut tertio alicui injuria fieret. l. 11. de injur.

Actio de Pastu Noxalis, eadem ratione bestie dominum tenet, & aut ad damnum refarciendum, aut animal quod damnatum intulit, Noxa dedendum. De quibus Actionibus, si quadrup. pauperem fecisse dicatur? agit hujus Lib. IV. T. 8. & T. 9.

Quamdiu & per quod tempus Actiones durent? occasione Tit. 12. de perpet. & temp. Ag. notandæ sunt Regulæ.

Quoties Actio ex Contractu oritur, toties ea datur heredibus & contra heredes.

Lib. IV. T.

12. §. 1. seq.

Regulæ, quamdiu Actiones durent? & quando ad heredes transeat vel non?

Quoties vero Actio ex delicto est, tum ea quidem datur heredibus, sed non contra heredes; nisi lis cum defuncto delinquente jam contestata sit, aut delicti causa (v. g. ex refurtiva) ad heredes aliquid pervenerit.

Quoties Actio ad meram vindictam tendit, (ut Actio injuriarum, Actio pro revocando donatione, pro revocanda Emphyteysi ob non solum Canonem, it Quærela inofficiosi Testamenti, &c.) tales Actiones non dantur heredibus, nisi à defuncto jam ceptæ sint.

Actiones Prætorie, quæ rem persequuntur, tamdiu durant, quamdiu Actiones Civiles. Sed si ex delicto panam persequantur, tum saltem per annum durant. Itemque Annales sunt, si ad rescissionem Actus gesti tendant, aut ex delicto panam persequantur conf. nostr. System Lib. 44. Tit. 3. in fin. notatas regulas & d. Lib. 44. T. 7. in fin. not. reg.

Lib. IV. T.

12. pr.

Tab. 26.

LIB. IV. Tit. X. De iis per quos agere possimus, Docet, quod

AGERE & EXCIPIERE per Procuratorem quoque liceat, quem in finem pro alio comparens  
MANDATO PROCURATORIO & quidem *perfecto* instructus sit, idque iudici & Parti adversæ ad se Legitimandum producat & exhibeat Actisque apponat cum *insertis* formulis & *solemnitatibus* in iure præscriptis. (a)

Lib. IV. T. 10.

De Cautionibus à litigantibus præstandis. CAUTIONEM litigantes ante Lit. Cont. communiter quoque invicem exigunt, si sub limine iudicii bona impossibilia alteruter non possideat atq; ideo ex hac alisque Causis à Cautionis præstatione per LL. immunis non sit. (b)

Lib. IV. T. 11.

Cautio in se distinguitur in *Fidejussoriam*, *Pignoratitiam*, *iuratoriã* & *nude Promissoriam*.

Ator itaque in securitatem Actionis à se motæ à Reo exigere solet *Cautionem de iudicio sibi* & *iudicatum sibi*.

Reus ab Actore e contrario exigere solet *Cautionem*, (1) *In Lite perssi*. (2) *Reconventioni fieri*. (3) Si causam malam gesserit, *expensas processus restitutum*.

De FORO conveniendorum. FORI & JUDICII Causa, ubi processus ventilari possit? interdum dubia occurrunt. De Jure itaque præter *Forum Domicilii* simul *Forum Contractus* (seu locus ubi contractus initus) notorium est. Si tamen ad alium locum solutio destinata ibiq; præstanda sit, illud forum contractus dicitur, ubi solutio facienda.

*Forum Rei sitæ*, vero personarum qualitatem eorumque privilegium personale non respicit, sed propter rem loci conventam, sub iudice eo, sub quo fundus ille situs est, respondere tenentur.

*Forum Delicti*, *Arrestii*, *Continentiæ Cause* &c. in specialiori serie exhibentur in nostro *System. T. de Judiciis* per tot.

De FORO privilegiato. FORUM PRIVILEGIARUM, quoque norandum est. (c) quod competit personis *miserabilibus* ut pupillis, viduis, perpetuo morbo defatigatis, qui suos conveniendos statim ad Principem seu supremum iudicium provocare possunt. Item privilegiatum forum Professorum, Clericorum, Studioforum & Militum, *vid. in d. Syst. d. T. de iudic. n. 30. seqq.*

(a) Mandati Procuratorii Formulam *vid. in nostro Syst. T. de Procur. sub. n. 10.*

(b) Cautionis Materia recensetur in *d. Syst. Lib. 2. Tit. 8. Quis sitid. cog.*

(c) *vid. d. Syst. Tit. de Judiciis à n. 30. usque ad n. 38.*

quæ tendunt ad Exclusionem Intentionis seu petitionis Actoris:  
Hinc distinguuntur in

## EXCEPTIONES

I.

*Intentionis*, Quando Actor Actio, uti factum narratum est, simpliciter negata est.  
*Actiois ipsius non competentis*, Quando scil. v. g. reus non diffidetur, Actionem olim fundatam fuisse, in præsens vero nullo jure competat, dum v. g. per *Transactionem*, *Rem judicatam*, *jurisjurandi delati præstationem* &c. jam extincta sit.

II. in

*Personales*, Quæ non ad heredes transeunt, ut *Beneficium Competentia*.  
*Reales*, Quæ & heredibus & fidejussoribus dantur, ut fere omnes, etiam *Exceptio Minoritatis* (a)

III. in

*Temporales*, ut *Exceptio Non numerata pecunia Non numerata Dotis*.  
*Perpetuas*, ut communiter omnes. Quæ enim ad agendum sunt temporalia, ad Excipiendum sunt perpetua.

IV. in

*Dilatorias*, Quæ litem non tollunt, sed modo differunt, ut *Exceptio Judicis incompetentis* vel *Judicis inhabilis, suspecti*, *Exceptio Preventionis*. Exc. *Termini angusti*. Exc. *Loci non tuti*. Exc. *Legitimationis*, Exc. *Friarum*. Exc. *Satisfactionis*. Exc. *Libelli inepti*. Exc. *Plus petitionis*. Exc. *Spolii*. Exc. *Indulti Moratorii*. Exc. *Excussionis*, *Disisionis* &c.  
*Peremptorias* Quæ litem tollunt si probatæ sint; ut Exc. *Solutionis*, *Compensationis*, *Novationis*, *Transactionis*, *Jurisjurandi*, *Rei judicata*, *Prescriptionis*, *Rei interitus*, Exc. *Anatocismi*, Exc. *SCii Vellej. ibi SCii Macedoniam* &c.

De Replica

Exceptionem subsequitur

REPLICA, quæ intendit Resolutionem Exceptionis propositæ; de qua agit *Tit. 14. huj. Lib. IV.* Hanc Replicam sequitur

Duplica &amp;

DUPLICA, Quæ pro fundamento Exceptionis propositæ allegatur. Si vero noviora in hac Duplica deducta,

Triplica.

TRIPLICA admittitur, ut *Quadruplica*. Alias ultra Duplicam regulariter procedere non licet.

Lib. IV. T.

14.

d. Tit. 14.

§. 2.

(a) vid. nostr. *Syst. Tit. de Constit. Princ. n. II.* seqq.

Tab. 28.

LIB. IV. TIT. XV. INTERDICTORUM Materiam exponit: siquidem Actiones executivas instituire (si dari possint) con-

Lib. IV. T.

Interdicta  
quid?

INTERDICTA vero dicuntur, extraordinarie Actiones seu Verborum conceptiones, quibus coram Praetore (hodie ordinario iudice) agitur vel de POSSESSIONE TUENDA vel ACQUIRENDA vel RECUPERANDA.

eorumque

POSSESSIONIS TUENDÆ vel RETINENDÆ causa dantur v. g. Interdicta.

Remedia Possessoria

Uti Possideti & Utrubi, Illud in re immobili Hoc in re mobili, datur Turbato in Possessione, contra turbantem, ne ulterius turbes atq. Cautio nem ac non amplius turbando, praefes.

ad

ACQUIRENDÆ POSSESSIONIS (Hereditatis causa v. g.) ex Testamento, quod vitio vitibili non laborat, heres in testamento scriptus, contra detentores vel contra Successores ab Intestato, consultus instituit Interdictum ex L. fin. C. de Edict. Div. Hadr. toll. (a) quatenus Petitionem hereditatis ordinariam: Quia contra ordinariam petitionem hereditatis, ab heredibus ab intestato forte heredi scripto Exceptio inductionis atque nimiae ac illicitae persuasionis ad Testandum opponi posset, adeoque durante processu, heredes ab intestato ceu possessores, fructus perciperent; Quo vero ipse heres scriptus possessionem sibi statim acquirat, hinc interdictum d. L. f. utilissimum est. item

Executione

Interdictum Quod Legatorum, Competit heredi, quando Legatarius propria auctoritate Legatum occupavit, ad possessionem ejus Legati, cautione praestita, consequendam.

statim

Interdictum Salvianum Locatori fundi datur, ad Conductoris res, pro mercede Locationis sibi obligatas, consequendas.

tendentia.

RECUPERANDÆ POSSESSIONIS causa, dantur dejectis Remedia summarissima & summaria, ad possessionis spoliatae restitutionem, quo pertinet Remedium ex Can. Redintegr. 3. Cauf. 3. 76. 1. (b)

Absenti Dejecto, datur Interdictum ex L. fin. C. Unde vi.

(a) Hujus Interdicti Formulam vid. in System. Lib. 43. T. 2.

(b) Hujus aliorumque Interdictorum plurius species vid. in d. Lib. 43. per integro: 33. Tit. ejusdemque Formulam Canon. Redintegr. causa in specie, vid. d. Lib. 43. in Tit. 16. sub. n. 21. & in Indice d. Syst. sub voce Interdicta, eorum varias species, in serie.

LIB. IV. TIT. XVI. De pœna temere litigantium  
Temeritatem in litiganda ad avertendam pro ratione circum-  
stantiarum *Juramentum Calumniae & Malitiae* deferri consti-  
tuit. (a)

Tab. 29.

TIT. XVII. De officio judicis, Judicem obligat judicare  
secundum Leges, & Juxta Acta & probata, non juxta facta ju-  
cata, Nec in *Actione Noxali* instituta, simpliciter damnum ad-  
judicet, sed secundum leges alterne, i. e. aut ad *damnum refunden-*  
*dum* aut ad *animal Noxae dedendum*, Rẽum condemnet.

Lib. IV. T.  
16.

Lib. IV. T.  
17.

Exadjudicatione, quæ in rem judicatam transit, dominium  
ipso jure acquiri, ex §. 7. d. t. patet; nisi quando ob rationem  
Juris, Judicatum exequi permillum non est, ut in *Anatocismo*.

l. 2. C. de  
Ufuf. rei  
jud.

TIT. XVIII. De Publicis judiciis, Delictorum publicorum  
species recenset, eaque juxta Constitutiones Justinianæ vindica-  
ri sancivit. Supra vero in *Tab. 21. in fin.* recensitæ, quarum oc-  
casionem pœnæ à LL. destinatæ, recenseri debent, hinc eo nos re-  
ferimus, & publico judicio, boni tamen viri, hanc instituti-  
onum seriem delineatam, comittimus earumque  
Tabellarum facimus

Lib. IV. T.  
18.

F I N E M.

(a) Quorum juramentorum Formulas & explicationes *vid. in nostr.*  
*Syst. T. de jurejur. n. 54. & 57. not.*

D. S. L. & G.

INDEX.

# INDEX.

## A.

- A**ceptilatio quando fiat? Tab. 18. circa fin.  
*Accrescendi jus, quid?* Tab. 4. in med.  
*Acquisitio rerum per alios* Tab. 10. ante med  
*per Arrogationem* Tab. 16. pr.  
*Actionum series harumque distinctio in Reales*  
*Personales in Rei Persecutarios, Mixtas,*  
*in rem scriptas &c. &c.* Tab. 22. 33. 24. 25.  
*Alienatio rerum quibus permittitur?* Tab. 10. post pr.  
*Apocha seu quitantia quid? ejusque effectus* Tab.  
 19. post pr.  
*Aurea Bulla quid?* Tab. 1. in fin.

## B.

- Beneficia fidejussorum, ut Ordinis, Divisionis &c.*  
 Tab. 18. post med.  
*Beneficium Legis & Inventarii, quomodo adhibendum?* Tab. 12. ante med.  
*Bilateralis contractus quid?* Tab. 17. pr.  
*Bonorum Possessio quid & quibus modis utilis sit?*  
 Tab. 13. pr.

## C.

- Casum nemo praestat, nisi eum receperit.* Tab.  
 20. post med.  
*Cautio de Judicio sstii & judicatum solvi it. in*  
*litte persstii, Reconvictioni stari &c.* Tab. 26.  
 in med.  
*Cessio quomodo fiat?* Tab. 18. in fin.  
*Civilliter & criminaliter simul in una Actione agere non licet* Tab. 21. post med.  
*Codicillus, & Clausula Codicillaris quid?* Tab.  
 12. ante fin.  
*Commodatum quid?* Tab. 18. post pr. n. 2.  
*Constitutum à Fidejussione scernitur* Tab. 18.  
 in med.  
*Contractuum distinctio in Unilaterales & Bi-*  
*laterales, Bonae Fidei & stricti Juris, ve-*  
*ros & quasi Contr. Nomin. & innomi-*

*natos.* Tab. 17. per tot. in Reales & Ver-  
*bales.* Tab. 18. per tot. in Literales &  
*Consensuales* Tab. 19. per tot.  
*Culpe distinctio in Latam Levem & Leviss.*  
 Tab. 20. pr.

## D.

- Delegatio quomodo fiat?* Tab. 18. in fin.  
*Delictorum distinctio in vera & quasi del. in*  
*privata & publica it. in Extraordinaria co-*  
*rumque species* Tab. 21. per tot.  
*Depositi quid?* Tab. 18. post pr. n. 3.  
*Diligentia divisio in Maximam med. & minimam*  
 Tab. 20. in med.  
*Dolus omnem consensum excludit* Tab. 20. pr.  
*Dominii acquisitio per Traditiones* Tab. 7. in  
 fin. *itemque ipso jure per rem judicatam.* Tab.  
 29. in med.  
*Donatio inter vivos & mortiscausa qua rati-*  
*one licita sit?* Tab. 6. in med.  
*Dotalitium quid?* Tab. 19. ante med.  
*Dupondium quid?* Tab. 11. in fin.

## E.

- Emtio Venditio quomodo subsstat & deficiat?*  
 Tab. 19. in med.  
*Error omnem consensum Contractuum excludit.*  
 Tab. 20. post pr.  
*Exceptio, quid?* Tab. 27. pr. *ibique divisiones Ex-*  
*ceptionum in Reales, personales, tempora-*  
*les, perpetuas, peremptorias &c. &c.* in d.  
 Tab. per tot.

## F.

- Falcidia quid?* Tab. 14. post med. & in qui-  
*bus Testamentis cesset?* d. Tab. 14. in fin.  
*Fidicommissum quid? ejusque distinctio in Uni-*  
*versale & Particulare.* Tab. 14. post med.



I N D E X.

*Fidejusso quomodo obliget & qua beneficia fidejussoribus dentur?* Tab. 18. post med.  
*Fori diversitas ex foro Contractus, rei sita &c.*  
*&c.* Tab. 26. post med.  
*Furti pana.* Tab. 21. ante med.

H.

*Habitationis jus. quid?* Tab. 9. ante fin.  
*Hereditas interdum in assem dividenda, cuius 12. partium qualibet, uncia vocatur.* Tab. 11. in fin.  
*Hereditatis onerosae adeunda causa, beneficium Legis & inventarii, utile est.* Tab. 12. ante med.  
*Heredum substitutio huiusque divisio in Vulgarem in Pupillarem & Quasi Pupillarem.* Tab. 13. in med. & quibus modis ea iterum cessent. d. Tab. 13. in fin.  
*Homicidii pena in infanticidio & Parricidio exacerbanda* Tab. 21. post med.  
*Hypotheca quomodo fiat, & qua aliis preferenda?* Tab. 18. ante med.

I.

*Interdicta quid? eorumque divisio & quasdam species vid.* in Tab. 28. per tot.  
*Judicii diversitas ex foro Contractus, Rei sita &c. &c.* Tab. 26. post med.  
*Juramenti Calumnia & Malitia delatio quando fiat?* Tab. 29. pr.  
*Juris Divisio in Naturale, Gentium, Civile, idque Privatum, Publicum, Scriptum.* Tab. 1. post med.  
*Juris Canonici & Feudalis auctoritas.* Tab. 1. in fin.  
*Juris in Re & ad Rem acquisitio & modus.* Tab. 6. post med.  
*Jurisprudentia Definitio, Objectum, Finis* *Jusque Præcepta generalissima.* Tab. 1. post princ.  
*Jussus à Mandato distinguitur.* Tab. 19. ante fin.

L.

*Legatum quid? it. quando inutiliter Legatum? it. demonstrationis & Taxationis causa Legatum quid sit?* Tab. 14. à pr. usque ad med.  
*Lex Aquilia quid vindicet?* Tab. 21. ante med.  
*Lex Falcidia quid?* Tab. 14. post med.  
*Locationis Conductionis usum, merces, promissa aestimat.* Tab. 19. post med.  
*Libellus quid?* Tab. 22. pr.  
*Litigantium temeritas quomodo coercenda?* Tab. 29. pr.  
*Litis Contestatio quid?* Tab. 22. post pr.

M.

*Mandatum quomodo obliget?* Tab. 19. post med.  
*Mand. Procuratorium quem in finem detur?* Tab. 16. pr.  
*Mora transfert periculum in morantem* Tab. 20. in fin.  
*Mutuum quid?* Tab. 18. in pr.

N.

*Nominati & innominati contractus, qui sunt?* Tab. 17. ante fin.  
*Notatio quomodo fiat.* Tab. 18. in fin.  
*Nuptiae quid? eorumque officium.* &c. Tab. 3. post pr.

O.

*Obligationum distinctio in Naturalem, Civilem & mixtam.* Tab. 26. in med. usq; ad fin.  
*Obligationum correalium valor, & decrementum* Tab. 18. ante fin. usque ad fin. ex delictis & Quasi Delictis. Tab. 21. pr.  
*Officii Judicis est judicare secundum Leges & iuxta Acta & probata, non secundum aliorum sententias & facta; itemque interdum alterna, non simplex condemnatio fiat.* Tab. 29. post pr.

INDEX.

P.

*Pacta olim non obligant pacifices* Tab. 16. post med.  
*Pater quis sit* ? Tab. 3. post pr.  
*Peculium ejusque distinctio in Profectitium Advenit, Castrens & quasi Castr.* Tab. 10. post med.  
*Personarum distinctio in liberos, servos, ingenuos, libertinos &c.* Tab. 2. in med.  
*Periculum rei, ob moram vel culpam precedentem in morantem transfertur.* Tab. 20. in fin.  
*Pignus quid?* Tab. 18. ante med. n. 4.  
*Possitas patria quid?* Tab. 3. post pr.  
*Procuratorem Nomine nostra in judicio posse sstti docet* Tab. 26.  
*Publica Judicia, que vindicent* ? Tab. 29. in fin.

Q.

*Querela inofficiosi Testamenti quando datur* ? Tab. 6. ante fin. & Tab. 12. in med. n. 3.  
*Quintania quid?* ejusque effectus. Tab. 9. post pr.

R.

*Rapina pena* Tab. 21. ante med.  
*Res corporales & incorporales quid?* Tab. 7. pr.  
*Res quid & quotuplices & earumque distinctio in res in Patrimonio & extra patrimonium existentium &c. &c.* Tab. 5. per tot. *Rerum, acquisitio ex Jure Gentium & Civili &c.* Tab. 6. per tot. earumque Traditio, hujusque species & divisio. Tab. 7. ante med.

S.

*SCtum, Claudianum quid?* Tab. 6. ante med.  
*SCtum Macedonianum & Vellejanum.* Tab. 6. in med.  
*SCtum Orficianum, Tertullianum quid?* Tab. 15. in fin.  
*Sententia judicis formanda est secundum A&A & probata, non secundum facta* Tab. 29. post pr.

*Servus & servitus hujusque constitutio* ? Tab. 2. post pr.  
*Servitus personalis ex jure usufructus* Tab. 9. per tot.  
*Servitutum Realium distinctio in Urbanas & Rusticas, earumque jura* Tab. 8. per tot.  
*Societatis distinctio & obligatio.* Tab. 19. in fin.  
*Solemnitates Testamentorum observanda sunt.* Tab. 11. ante med. fere usque ad fin.  
*Sponsalia quid? earumque distinctio, in Publica & Privata.* Tab. 3. ante med.  
*Stipulationis forma & effectus* Tab. 18. in med.  
*Substitutiones in hereditatibus quomodo fiunt & deficiant* Tab. 13. ante med. usque ad fin.  
*Successionis ab Intestato series.* Tab. 15. per tot.

T.

*Temeritas litigantium quomodo coercenda* ? Tab. 29. pr.  
*Testamentum quid?* Tab. 11. post pr. ejusque distinctio in Publicum & privatum, scriptum &c. d. Tab. 11. per tot.  
*Testamentorum privilegiorum species, ut Militare, Parentum, ad pias causas &c.* Tab. 12. pr.  
*Testamentorum infirmitio quomodo contingat* ? Tab. 12. post med.  
*Traditio rerum quid & quotuplex* ? Tab. 7. ante med. & quando dominium non transfertur ? Tab. 7. ante fin.  
*Trebelliana quid & quando cesset* ? Tab. 14. in fin.  
*Tutela quid? ejusque distinctio in Testamentariam Legitimam & Dativam &c.* Tab. 3. per tot. ibique de Tutorum auctoritate, suspicione & excusatione. &c.

U.

*Unilateralis contractus qui sit* ? Tab. 17. post pr.  
*Usucapionis & Prescriptionis modus* Tab. 6. in med.  
*Usufructus & usus quid? ac distinctio in verum & quasi Usufr. itemque modi eos constituendi.* Tab. 9. per tot.


Ἰνδὲξ ἡ μὲν ἢ Δόξα.


Frankfurt a. O., Diss., 7720-24



f

56.





5  
1721,4

IMPERATORIS  
FL. JUSTINIANI  
TEXTUS

INSTITUTIONUM  
JURIS  
CONTENTA,  
IN TABULIS  
DELINEATA:

ad Docendam respiciendam & repetendam  
JURIS Materiam accommodata  
& in paucis paginis  
*recensita;*

Adeò ut Jus Novissimum potissimum exhibeant,  
aboleti Juris tamen Declarationis necessariae causa quoque mentio-  
nem faciant.

Quarum *Institutionum* seriem ita contraxit.

DANIEL KOLSHORN, J. U. D.  
& Prof. E.



FRANCOFURTI ad VIADRUM, apud JOH. GODOFR. CONRADI, 1721.

